ratio, atque consilium, sed cum cupiditate, id est, cum animi levissima parte deliberaat? quod enim de te: si sunt dii, ut vos etiam putatis, qui possunt esse beati, cum voluptates corpore percipere non possint? ut si sine eo genete voluptatis beati sunt, cur similem animi usum in lapiente esse noscitis? Lege laudationes, Torquate, non eorum, qui sunt ab Homero laudati, non Cyri, non Agelai, non Antillai, non Themistoclis, non Philippi, non Alexandri: lege nostrorum hominum, lege vestrum familie: neminem videbis ita laudatum ut artifex callidus comparandarum voluptatum dicetur. & non elegia mouimentorum id significant, vel hoc ad portam? 6 UNO ORE CVI PLVRIMAS CONSENTIANT GENZES, POPVL PRIMARIVM FVSSVM. Idne consensisse de Calatinis plurimas gentes arbitramur, primarium populi fuisse, quod præstantissimus fuisse in conficiendis voluptatibus? Eigo in iis adolescentibus bonam esse dicemus, & magnam indolem, quos suis commodis inservit, & quidquid ipsis expedit, facturos arbitramur? nonne videmus, quanta perturbatio rerum omnium conlequatur? quanta confusio? tollitur beneficium: tollitur gratia: quæ sunt vincula concordie. nec enim, si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fæneratio: nec graua deberi videntur ei, qui suam ob causam commoda vererit. Maxima vero virtutes jacere omnis necesse est, voluptate dominante. Sunt etiam turpitudines plurime, quæ & nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in lapitem, non est facile defendere. Ac, ne plura complectat (sunt animi innumerabilia) bene laudata virtus voluptatis adiutu inter ludat necesse est, quod jam à me expectare noli, aut introspicere in mentem tuam ipse: eamque omni cogitatione pertractans, percunctare ipse te, perpetuam malis & voluptatibus persuens, in ea, quam sp̄ce usi p̄bas, tranquillitate degere oīnem atatem sine dolore, afflito etiam illo, quod vos quidem adjungere soletis, sed fieri non potest, sine doloris meu: an, cū de omnibus gentibus optimè mereret, cū opem indigentibus, saluque que feres, vel Herculis perpeti arumnas. sic enim maiores nostri labores non fugiendo, tristissimo tamen verbo arumnas etiam in deo nominaverunt. 9 Exigerem ex te, cogere meque, ut responderes, nisi veterer, ne Herculem ipsum ea, quæ pro salute gentium summo labore gessisset, voluntatis causa gessisse dices? (ii) Quæ cum dixisse. Habeo, inquit Torquatus, ad quos ista referat: & quamquam aliquid ipse poteram, tamen invenire malo paratores familiaris nosfros. (iii) Credo Syronem dicas, & Philodenū, cū optimos viros, tam doctissimos homines. (xx) Reple, inquit, intelligentias. (yy) Age sanè, inquam: sed erat aquilus, Triarium aliquid de nostra dissensione judicare. (zz) Immō, inquit aridens, iniquum, hac quidem de te, tu enim ista lenius: hic Stoicorum more nos veras. (aaa) Tum Triarius, Posthæc quidem, inquit, audacieis nam hæc ipsa mihi erunt in promtu, quæ modò audiri; nec ante aggrediar, quam te ab illo, quos dicis, instructum video. Quæ cū essent dicta, forem fecimus & ambulandi, & disputandi,

1. *Aiken profiss.*) Sic nostrum tres; ceteri accedunt volg. Athene.2. *Atel se afferre.*) Haud aliter conjectat P. Masurius, restatque in

Pal. pr. publicati antea afferre.

3. *Vita quidam infanta.*) Palidem video habere, is te quidem,4. *Plus p̄bi proponit.*) Pal. apponit.5. *Sic elegia monumetorum.*) Pal. lex. elegia.6. *Unus ex plurima confessus.*) Lectio minus vera, quippe Pal.

pt. quart. quid, sext. aut cum plurima. test. Vnde sibi placima. loc. Vnde

complarim. Restituendum forsan: *Unicum plurima confessus.* Sed quid si sed illo uno cum latere nomen portat aliquis? dispiquant acci-
tores.7. *Nob̄ beneficis natura.*) Pall. o. binaria natura: quod non video cur excludi debetur.8. *Voluptasque proficiens.*) Sic Pall. quatur priores, non perfecti ut antea edici.9. *Exigerem ex te.*) Pal. pr. Exigerem, an voluit? Exigerem.

M. TULLII CICERONIS

DE

FINIBVS BONORVM ET MALORVM,

A D

B R V T V M,

LIBER TERTIVS.

SYNOPSIS.

T Cato en Stoicorum felix defendit, Virtutem, summum bonum esse : Turpe, sumnum malum esse : Et brevis
Stoicorum sententias quadam peculiares exponit.



OLVPTATIBVS equidem, Brute, si ipsa professo loquatur, nec tam pertinacitis habeat patronos, concessuram arbitror, convictam superiore libro, dignitati, etenim sit impudens, si virtuti diuris repugnat, aut si honestis jucunda anteponat, aut pluris esse contendat, dulcedinem corporis titillarem, ex ea ve natam latitudinem, quam gravitatem animi, atque constantiam, quare illam quidem dimittamus, & si quis le finibus tenere jubeamus, ne blanditus ejus, illecebrisque impeditius disputandi severitas, quixendum est enim, ubi sit illud summum bonum, quod reperire volumus, quoniam & voluptas ab eo remota est, & eadem ferè contra eos dici possunt, qui vacuitatem doloris finem bonorum esse voluerunt. Nec verò ita ullum probetur summum bonum, ut virtute careat: qua nihil potest esse præstantius. Itaque quamquam in eo sermonis, qui cum Torquato est habitus, non remissi fuimus: tamen hæc aërior est cum Stoicis parata contentio: qua enim in de voluptate dicuntur, ea nec acutissimè, nec absconditè differuntur, neque enim qui defendunt eam, versuri in diffundendo suar, neque qui contraria dicunt, causam difficultem rapellunt. Ipse etiam dicit Epicurus, ne arguantandum quidem, & de voluptate, quod si positum ejus iudicium in sensibus, ut commonet nos fatis sit, nihil attineat doceri, quare illa nobis simplex sit in utramque partem dispensatio, nece enim in Torquati sermone quidquam implicatum, aut tortuosum fuit; nostraque, ut mihi videatur, dilucida oratio. Stoicorum autem non ignoras quām in subtile, vel spinosum portus differendi genus: idque cum Græcis, rūm magis nobis, quibus etiam verba parienda sunt, imponenda nova novis rebus nomina, quod quidem nemo medioter doctus mirabitur, cogitans, in OMNI ARTE, cuius usus vulgaris communisque non sit, multam novi-

tatem nominum esse, cùm constituantur eatur rerum vocabula, quæ in quaque arte versentur. Itaque & dialectici & Physici verbis utuntur iis, 3 quæ ipsi Græci nota sunt: geometræ vero, musici, grammatici, etiam more quodam loquuntur suo, item ipaz rhetorum artes, quæ sunt tori forenses, atque populares, 4 verbis tantum in docendo quasi privatis utuntur, ac suis. Atque, ut omissam has artes eleganteis, & ingenuas, ne officies quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis ut erentur nobis incognitis, usitatis libi. Quin etiam agricultura quæ abhoret ab omnib[us] politiis & elegantiis, tamen eas res, in quibus versatur, non minus notavit novis: quo magis hoc philosopho facilius est, ars est enim philosophia vita: de qua differens artipere verba de foro non potest. Quamquam ex omnibus philosophis, 5 Stoici plurima nominaverunt. Zeno quoque eorum princeps non tam rerum inventor fuit, quam novorum verborum. Quod si in ea lingua, quam plerique ubiorem putant, concessum à Græciis est, ut doctissimi homines s de rebus non per vulgatus, inutiles verbis ute- rentur: 7 quanto id nobis magis est concedendum, qui ea nam primi audemus attingere? Etsi, quod saxe diximus & quidem cum aliqua querela no. Græcorum modò, sedetiam eorum, qui se Græcos magis, quam nostros habent volunt, nos non modo nob[is] vinci à Græcis verborum copia, sed esse in ea etiam superioris, elaborandum est. Usus non in nostris solem artibus, sed etiam in illorum ipsorum & consequamur, quam ea verba, quibus ex instituto veterum uitium pro Latinis, ut ipsa philosophia, ut rhetorica, dialectica, grammatica, geometria, musica, quamquam Latine in dici poterant, tamen, quoniam sibi precepta sunt, nostri ducamus. Atque hæc quidem de rerum nominibus, De iustisibus autem s[ed] penumero, Brute, veror[um] ne reprehendar, cum hæc ad scribendū, qui cum in philosophia, tum in optimo genere philosophia tantum processeret.

2. D'heridinem corporis in illantra ex raro nomen-dicitione. Sit Pall. quinque, nisi quod immissa copula, & sic Rennat, at primus ille, accipitam agnoscit, nec verbum in illantra; quam scripturam habet in pgo. verba.

2. Sui se similes sintre iubemus.) Lectio non est sincera, nam Pall. primi poterit iubemus, sed & suis se similes iubemus. Sic certi quarti, quoniam redire iubemus, illud poterit examinandum est penitus.

3. Quia ipsi Graeca nata sunt. Nolis grandare deinceps lectorem scriptra Pall, quatuor, pessime hactenus publicati, non nesciis quibus tam quarto utitur Romanis vocabulis in dialectico physico?

4. Verba tanquam in dictando, ita Pall. pt. melius longè quam in

hunc diem, tamen in diendo, quamvis & Aldus nepos vulgari de- cendo.

5. Stoici plurima nomen-dicitione. Est à Pall. primo & tertii. & ita se ex- venuisti Lambinus, nempe novatus, coli vulgo, anniversarium.

6. De rībus non per vulgatus. Sit Victorius, sic Pall. quinque, editio e- lim per vulgatus.

7. Leonardi dubius magis.) Vulgg: quoniam id vel nobis, sed illud > istab- est Pall. pt. Gol. elimus conjecturas quoniam idem nobis.

8. Consequamus, quam iuxta verbis &c. Publicati, quoniam quod sed eam le- docem damna Pall. pt. max etiam reprobi, præcipiunt, loco per- p[ro]p[ri]a, sive Pall. testis.

processeris. quod si faciem, quasi te erudiens, jure reprehenderet. sed ab eo plurimum abluim: neque, ut ea cognoscas, quæ tibi notissima sunt, ad te mitto, sed quia facilimè in nomine tuo acquiesco, & quia te habeo & quidam studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, existimatorem, & judicem. Attendes igitur, ut soles diligenter, ea inquit controversiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo, divino, ac singulari viro. Nam, in Tusculano cùm essèm, velleme è bibliotheca pueri Luculli quibusdam libris uti, veni in ejus villam, ut eosipic (z ufolebam) inde promeget. quòd cùm venissem, M. Catonem, quem ibi esse nescieram, vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris: erat enim, ut scis, in eo inexhausta aviditas legendi, nec satiar poterat: quippe qui ne reprobationem guidem, vulgi inanem refutandam, in ipsa curia soleret legere sape, dum senatus cogeneretur, nihil opera reip. detrahens, quæ magis tum in lumino otio, maximaque copia & quasi heluari libris, si hoc verbo in tam clara re utendum est, videbatur. Quod cùm accidisset, ut alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. deinde prima illa, quæ in congressu fuisse: Quid, tu, inquit, huc? à villa enim, credo: &, si ibi te esse scissem, ad te ipse venissem. Heti, inquam, ludicrū commisisti, ex ube profectus, & veni ad vesperum. causa autem fuit huc veniendi, ut quosdam hinc libros promovem: & quidem, Cato, totam hanc copiam jam Lucullo nostro nojam esse oportebit, nam his LIBERIS RVM MA-
LO, QVAM RELIQVO OR NATV VILLAB DELECTARI.
est enim mihi magis curz: quamquam hoc quidem proprium tam munus est, ut ita eruditus, ut & parti, & Cæpionis nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Laboro autem non sine causa, nam & vi ejus memoria moveor
(nec enim ignoras, quanti fecerim Cæpionem: qui, ut opinio mea fert, in principibus jam esset, si viveret) & Lucullus mihi versatur ante oculos, ut cum omnibus excellens, tam mecum & amicitia, & omni voluntate, sententiaque conjunctus. Præclarè, inquit, facis, cùm & eorum memoriam tenes, quorum uterque tibi testamento liberos suos commendavit, & puerum diligis. Quod autem meum munus dicis, non equidem recuso: sed te adjungo focum. addo etiam illud, multa jam mihi dare signa puerum & pudori, & ingenio, sed atxatim vides. Video euidem, inquam: & led tamen jam infici debetis artibus, quas si, tam est uer, combiberit, ad majora veniet & paratior: sic, & quidem diligenter, sepiusque ita loquens inter nos, agemusque communiter sed residemus, inquit, si placet, itaque fecimus. Tum ille: Tu autem, cùm ipse tantum librorum habeas, quos hic tandem requirit? Commentarios quosdam, inquam, & Aristoteles, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem, quos legerem, dum essem otiosus: quod quidem nobis (at l'is) non satis contingit. Quā vellem, inquit, te ad Stoicos inclinavisses. erat enim, si cujus-

quam, certè tuum, Nihil præster virtutem in bonis dyceras. Vide, nemagis, inquam, tuum fuerit: cùm te idem tibi, quod mihi videceret, non nova te rebis nomina imponere, ratio enim nostra consentit, oratio pugnat. Minime vero, inquit ille, consentit, quidquid enim prater id, quod honestum sit, expedendum esse dixeris, in bonisque numeraveris: & honestum ipsum, quasi virtutis lumen, exitinxeris, & virtutem penitus eveteris. Dicuntur ista, Cato, magnifice, inquam: sed videsne verborum gloriam tibi cum Pythone, & Aristone, qui omnia exquænt, esse communem? de quibus, cupio scire, quid sentias. Ergone queris, inquit, scire, quid sentiam? quos bonos viros, forteis, justos, moderatos aut audivimus in republica suis, aut ipsi vidimus; qui sine uila doctriña naturam ipsam fecerit, multa laudabilia fecerunt; eos melius à natura institutos suis, quam intiuui potuerint à philosophia, si ullam aliam probavissent, prater eas, quæ nihil aliud in bonis habet, nisi honestum: nihil, nisi turpe, in malis: ceteræ philosophorum disciplinæ, & omnino alia magis alia; sed tamen omnes, quæ rem ullam virtutis expertem aut in bonis, aut in malis numerent, eas non modo nihil adjuvare arbitror, & neque affirmare, quo meliores simus, sed ipsam depravare naturam, & nam si hoc non obtineatur, id solum bonum esse, quod honestum sit: nullus modo probari possit, beatam uiam virtutis esse, quod sit ita sit; & cur opera philosophia sit danda, neicio sicut sapiens aliquis noster esse possit, nè ego itam gloriam, memorabilemque virtutem non magno astimandam putem. Quia adhuc, Cato, à te dicta sunt, eadem, inquam, dicere posse, si lequereret Pythone, aut Aristonem, nec enim ignoras, his istud honestum, non summum modo, sed etiam (ut tu sis) solum bonum videri, quod si ita sit, sequitur id ipsum, quod te uile video, omnes semper beato esse sapientis, hosne igitur laudas, & hanc eorum sententiam tequi nos censes oportere? Minime vero istorum quidem, inquit: cùm enim virtutis hec proprium sit, cætum rerum, quæ secundum naturam sint, habere debet: qui omnia sic exquaverunt, ut in utramque partem ita paria redderent, ut nulla selectione uterentur ejus virtutem ipsum sustulerint. Istud quidem, inquam, optimè dicas: sed quarto, & nonne tibi faciendum idem sit, nihil dicenti bonum, quod non rectum, honestumque sit, celi-
quarum rerum discrimen omne tollenti? Si quidem, inquit, tolleres: sed relinquo. Quonam modo, inquam, si una virtus, unum istud, quod honestum appellas, relinque, laudabile, decorum (erit enim notius quale sit, pluribus nominibus vocabulis idem declarantibus) id ergo, inquam, si solum est bonum, quid habebis præterea, quod lequarest aut, si nihil malum, nisi quod turpe, in honestum, indecorum, pravum, flagitiosum, fœdum, ut hoc quoque pluribus nominibus insigne faciamus: quid præterea dices esse fugiens.

Zzz. 3

dum

^{4.} Ut sciebam iude primis.) Pal. pr. foliūmodō, ut sciebam deprimēsim. Idem statim non habet vocem inexhausta.

^{5.} Quod hillares: I. b. 3. Cur non revocaret inventum omniis libet in mihi veteri, à Iosepho Scaligerio collato, item in Palatino primo, ali⁹ quod adipiscere ibi ita p̄. cta effet ut & videri possit: unde ex iam factum, ut in Capitaneo & Pal. quart. ad oram legeretur belarus, hactenus & ceptum belus librum, in nullo existat Pali, habent enim omnes, belus libri.

^{6.} Uen ad uesperum, causa autem?) Nec hec volui excludere quod erat in Pal. pr. quod quintus & sext. pars sua juventur: cū; & ipso tam causatum, incepit.

^{7.} Et Cæpionis nuptiis. Hoc quoque debitum Pal. primo, quæmadmodum dudem conjectera: P. Mantinus, sed non eram stabiliter librum fidis tibi cibis vulgaris Scipio, & hec infra.

^{8.} Sed infra tamen ipsi debet, &c.) Scaliger noster, ad scriptis legere se sed suffici. S. Cætius Hortensio: Uti qui combini purpuram relet sufficiat per usum lacrim medicamentu quod habet, &c.

^{9.} Parasce: fcs & quidem diligentissime, &c.) Simenday locum ē Pal. pr. in quo samen parasce fit. & quidem: Luck o nostra, sententia ma-

gis quadrat, quam Lambinianum, n̄ mis licenter invectum.

^{10.} Aspissimis: Ita Pal. pr. quomodo & in suis reperi Lambines, idem paulo post ignorabat voculam ut, deinde prepositionem ins ideoque utramque exponi: monitus præterea à Lambino absuissit item à suis.

^{11.} Omnia alia mea alia; sed tamen.) Palatinus pr. costulit hec Ciceronis loquacem, auferendo illud minime quid in omnibus erat editio-
nibus, itaque facilius deinde tot mutaciones Lambini.

^{12.} Neque affirmare.) Ab exilio revocavi hanc scripturam, quod & Aldus & Victorius eam exhibuerint, hæretetque in Pall. sex. regen-
troces admittentes affecte.

^{13.} Non sibi non obstatuerat id silum.) Primus Pal. non nisi hic obstat-
neat, quod miror cor uerius missum librum.

^{14.} Et spera Philosophia: Sic quidem Pal. tert. & sext. sed tamen pr. sec. quart. non admittit illud cur. quintus vero ejus loco haberet quomodo & ed. V. Cætioris: adeo ut v. deuter expungendum.

^{15.} Noste ubi sacrae omnes.) Sic præcipui: ē Palatinus, ali⁹ conser-
viant cum vulg. nāmæ.

dum? Non ignorant, inquit, tibi, quid sim dicturus, sed aliquid, ut ego suspicor, ex mea brevi responsione artipe-
se cupienti, non respondebo ad singula: explicabo po-
tius, quoniam otiosi sumus, nisi alienum putas, totam
Zenonis Stoicorumque sententiam. Minime id quidem,
inquam, alienum: multumque ad ea, quae querimus, ex-
plicatio tua ista profecerit. Experiatur igitur, inquit,
eis habet haec Stoicorum ratio difficilius quiddam & ob-
scarius. nam cum in Greco sermone haec ipsa quandam
x rerum nomina novarum nova videbantur, que nunc
confusudo diuturna trivit: quid tenses in Latino fore? Facil-
limum id quidem est, inquam, si enim Zenoni licuit; cum
sem aliquam invenisset insitam, inauditus quodque ei
se non imponere, cur non liceat Catoni? nec tamen
exprimi verbum è verbo necesse erit, ut interpres interfici-
solent, cum sit verbum, & quod idem declarat, magis uti-
statum. equidem sole etiam quod uno Graci, si aliter
non possum, idem pluribus verbis expondere: de tamen
puto concedi nobis oportere, ut Greco verbo usamur, si quan-
domini occurrit Latinum, ne hoc ephippio, & auctoribus
potius, quam progastru, & progastru, concedatur.
quamquam haec quidem & progastru recte, & recte dicere
licebit. Bene facis, inquit, quod me adjuvas: cū illis qui-
dem, que modo dixisti, utar potius Latinis. In ceteris
subvenies, si me harentem videbis. Sedulò, inquam, fa-
ciam. **SED PORTVNA FORTVNE.** quare conata, quo
so, quid enim hoc possimus agere divinius? Placet his,
inquit, quorum ratio mihi probatur, siquiatque natura
sit animal (hinc enim est ordinendum) ipsum sibi concilia-
ti, & commendari ad se conservandum, & ad suum statu-
m, & ad ea, quae conservantia sunt ejus status, diligen-
da: alienari autem ab interiori, iisque rebus, quae interitum
videantur afferre, id ita esse sic probant, quod ante quam
voluntas, aut dolor, ait gerit, salutaria appetit gaudii, a-
sperrantur; contraria quod non fieri, nisi statum suum
diligerent, interitum timerent. fieri autem non posset, ut
appeterent aliquid, nisi sensum haberent sui, & coquere, &
sua diligenter. ex quo intelligi debet, principium ductum
esse & a diligentia. In principiis autem naturalibus dilig-
endi sui plenius Stoici non putant voluntatem esse po-
mendam, quibus ego vehementer a sententia: ne, si volunta-
tem natura posuisse in iis rebus videatur, qua primazappe-
tuntur, multa turpia sequantur. satis esse autem argumen-
ti videatur, quam obrem illa, qua natura prima sunt scita, &
natura diligamus; quod est nemo, quin, cum utrumvis li-
ceat, **ARTAS. MALITIA.** & integras omnes partes corporis, quam codem usu immunitas, aut fortiora habere. re-
rum autem cognitiones; vel, si haec verba aut minus pla-
cent, aut minus intelliguntur, **SCALIGER.** appellemus li-
ter: eas igitur ipsas, propter se astutias arbitramur, quod
habent quiddam in se quasi complexum, & continens ve-
ritatem: id autem pars intelligi potest: quos delectari
videamus, etiam si eorum nihil interit, si quid ratione per
se ipsi inveniuntur: arteis etiam ipsas propter se assumendas.

putamus; cum quia sit in his aliiquid dignum assumptione,
tum quod continent ex cognitionibus, & continet quid-
dam in se ratione constitutum, & via: à falso autem assump-
tione magis nos alienatos esse, quam à ceteris rebus, que
sunt contra naturam, arbitrantur. Jam membrorum, id
est, partium corporis, alia videntur proprias etiam usum à
natura esse donata, ut manus, crura, pedes, ut ea, que
sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, à medi-
cis etiam disputatur: & alia autem nullam ob utilitatem,
quam ad quandam ornatum, ut cauda pavoni, pluma ver-
sicolores columnis, viris mammis, atque barba. Haec da-
cuntur foras Iejanus: sunt enim quasi prima elementa
nature; quibus ubertas orationis adhuc vix potest, nec
equidem eam cogito confestari: verumtamen cum de re-
bus grandioribus dicas, ipsa verba rapido. ita fit cum gra-
vior, tum etiam splendidior oratio. Est ut dicas, inquam,
sed tamen o senz, quod de te bona dilucidè dicitur, mihi
praelate dici videtur. Ittusmodi autem res dicere ornare
velle, puerile est: plane autem, & perspicue expedire pos-
se, docti & intelligentis viri. Progrediamur igitur, quo-
niam, inquit, ab his principiis natura discessimus: quibus
congruere debent, que sequuntur: sequitur autem prima
divisio hac. **Affirmabilius esse dicitur:** sic enim, ut opinor,
appellamus id, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut
tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod
aliquod pondus habeat dignum affirmatione: quam ille
declaratio vocat: contraque **inaffirmabilius,** quod sit superiori
contrarium, initius igitur ita constitutis, ut ea, que secun-
dum naturam sunt, ipsa propera summa sunt; contraria
que item reicienda; & primum esse officium (id enim appellato
est) ut se conservet in natura statu: deinceps ut ea te-
neat, que secundum naturam sunt, pellare contraria:
& que, inventa selectione, & item rejectione, sequuntur
deinceps cum officio selectio; deinde ea perpetua, tum ad
extremum contans, consentaneaque natura: in qua pri-
mum inesse incipit, 10. & intelligi, quod sit, quod vero
bonum possit dici. prima est enim conciliatio homini ad ea,
qua sunt secundum naturam. simul autem cepit intelligentiam,
vel notiori potius, quam appellant **exercitatio**
illius, videlicet retum agendarum ordinem, & ut dicam, con-
cordiam: multo enim plus assimilavit, quam omnia illa, qua
primum dilexerat: 11. atque ita cognitione & ratione col-
legit, ut statueret, in eo collocatum **S V M M V M** illud homi-
ni per se laudandum, & expertendum **B O N U M**, quod cum
posito sit in eo, quod **ορθός** Stoici, non appellamus:
conveniens si placeat: cum igitur in eo sit id bonum, quod
referenda sunt omnia honesta facta, ipsiusque honestum,
quod in bonis ducitur, quamquam post oritur, tamen id
solum, vi sua & dignitate expertendum est: eorum autem,
qua sunt prima natura, propter se nihil expertendum.
Cum vero illa, qua officia esse dixi, proficiantur ab ini-
tia natura: ea ad hanc referri necesse est: ut recte dici
possit, omnia officia eō referri, ut adipiscamur principia natura-
rum tamen ut hoc sit bonorum ultimum, propterea quod
non;

1. **Rerum nimirum in secessu natura videbantur.**] Conjecturam hanc Paulus
de Manibus, scelptis suis adiuvatis prodidit Lambinus: fieri potest; sed
Palatinus non accedit; in quibus naturam non videbantur, aut naturam
non videbantur, in sexto vox **νεκαστικα** evanuit. Victorius edidit, **νεκαστικα**. Scaliger placebat, **νεκαστικα** esse, recensit
eius.

2. **Quid idem declarat magis ostentans.**] Exponit: vocem minimeque, sed
agendem audirentur Pall. pr. ut & ipsius sententiae venustate refra-
tamen in Pall. ceteris omnibus: adeo & hec verum est, non gravissi-
mum esse distinctionem malitiam ostendere.

3. **Propositi.**] Sic tres Pall. meliores, non propositi, ut quandam cuse-
4. **Et ad ea que conservantia.**] Pall. ille pr. que que conservantia ni-
bilo detentus, si non melius.

5. **Ex quo se & sua diligenter.**] Illud & sic, non ex lat. Pall. pr. & est
falsa adiunctione alienus librari.

6. **Affidigendae Palli** quoque istud habens, as pr. diligendae, ut Sc.

Venini item Scaligeri codex, examiner otiosior.

7. **Rerum nimirum vegetantes.**] Sic aliquor Palatini: & vero cura se-
quatur, si haec verba minus placet, fit certe plus uno verbo. Itaque
omissum merito revocavi, quemadmodum etiam bis repudi vocu-
lam aut, soles earundem membranarum; cum semel tantum repre-
sentassent edd. vulgari.

8. **Atra austro ambo in utilitatem.**] Lectionem minus veram, argua-
Pall. pr. in quo aliud non nullum, &c. q: o quid voluerit indicare li-
braries, nescio.

9. **Quae invenia seditione.**] Obscura ista sententia, ideoque nihil comedere
audio. Veror tamen videatur scriptura Pall. primi & tertii: **Qua invenia**
seditione. & item regulem, sequitur deinceps cum officio seditionis.

10. **Ei intelligi quod est.**] Victorii editio, omnesque Pall. intelligit.

11. **Agere in cognitio & ratione.**] Sic Victorius & Pall. pr ac certi-
non et assipat Lambinus regulem, quod tamen in Pall. ceteris.

non inest in primis natura conciliationibus honesta actio, consequens enim est, & post oritur, ut dixi, est tamen ea secundum naturam, multoque nos ad se expetendam magis horatur, quam superiora omnia. sed ex hoc primum error tollendus est, i.e. ne quis sequi existimat, ut duo sint ultima bonorum. Ut enim, sicut sit propositum, a collineare hastam aliquo, aut ligittam, sicut nos a ultimum in bonis diximus: sic illi facere omnia, quae possit, ut collineat; huic in eius similitudine omnia sunt facienda, ut collineat; & tamen ut omnia faciat, quo propositum aequatur; sed hoc, quasi ultimum, quale nos summum in vita bonum dicimus: illud autem, ut feriat, quasi felicendum, non expetendum. Cùm autem omnia officia à principiis natura proficiantur, ab iisdem necesse est proficiunt ipsam sapientiam. Sed quemadmodum s. A. P. E. VIT, ut is, qui commendatus sit, quā mēlūm, & à quo; sic minimē mīnūm est, primō nos sapientia commendari ab iantiis natura, post autem ipsam sapientiam nobis cagiorē fecit, quam illa sunt, à quibus ad hanc venierūs. atque ut membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi data esse apparet: sic appetitus animi, quā ἔργον Græcè vocatur, non ad quodvis genus vitæ, sed ad quandam formam vivendi videatur data: itemque & ratio, & perfecta ratio. 3. Ut enim bistrioni actio, saltatori motus, non quivis, sed certus quidam est datus: si vita agenda est certo genere quodam, non quolibet: quod genus convenientis contentare nūc dicimus. nec enim gubernationi, aut medicinæ similem sapientiam esse arbitratur, sed actioni illi potius, quā modo dixi, & saltationi, ut in ipsa arte infest, non foris petutum extreūm, id est, artis effectio. & tamen est etiam alia cum his ipsiis attributis sapientia dissimiliatio; propterea quid in illis, quae recte facta sunt, non continentur eamē omnes partes, & quibus constant, quae autem mos aut recta, aut recte facta dicimus, si placet, illi autem appellant *ρεταγμένη*, omneis numeros virtutis continent. sola enī sapientia in se tota conservata: quod idem in ceteris artibus non sit. Inicit autem medicinæ, & gubernationis ultimum cum ultimo sapientia comparatur. Sapientia enim & animi magnitudinem compl. Ait, & iustitia, & ut omnia, quae homini accident, infra se esse judicet: quod idem in ceteris artibus non contingit. Tenere autem virtutes eas ipsas, quarum modò mentionem feci, nemo poterit, nisi statuerit, nihil esse, quod intereat, aut differat aliud ab alio, præter honestam, & sapientiam. Videamus nunc, quam sint præclarissima illa illa, quā jam posui, consequentia, cū enim hoc sit extreūm (enītis enim, credo, me jam dixi, quod τίλας Græcus dicat, Id dicere tum extreūm, tum ultimum, tum summum: licet biteriam finem pro extreūmo, aut ultimo dicere) cū ergo hoc sit extreūm, concurrit natura, convenienterque vivere, necessario sequitur, omnis sapientis semper felicitate, absentia, fortunata vivere, nulla re impediti, nulla prohibiti, nulla egere. Quod autem continet non magis eam disciplinam,

de qua loquor, quam vitam, fortunasque nostras; id est, ut, quod honestum sit, id bonum solum judicemus. Potest id quidem fuisse, & copiosè, & omnibus electissimis verbis, gravissimisque sententiis rhetorice & augeri, & ornari; sed conscientia me Stoicorum, brevia, & scuta delectant. Concludunt igitur corum argumenta sic: Quod est bonum, omne laudabile est, quod autem laudabile est, omne honestum est, bonum igitur quod est, honestum est. Satisne hoc conclusum videtur? Certe, quod enim efficiebatur ex his duobus, quae erant summa, in eo vides esse conclusum, duorum autem, è quibus effecta conclusio est, contra superius dici solet, Non omne bonum est laudabile. Et nam quod laudabile sit, honestum esse conceditur. Illud autem per absurdum, Bonum est aliquid, quod non expetendum sit aut expetendum, quod non placens: aut, si id, non etiam diligendum. ergo & probandum ita etiam laudabile, id autem honestum sit, ita sit, ut, quod bonum sit, id etiam honestum sit. Deinde quero, Quid à vix de misera vita possit gloriarī, aut non de beata & de sola igitur beata. ex quo efficitur, gloriatione, ut ita dicam, dignam est beatitudinem: 7 quod non possit quidem nisi honesta vita jure contingere. ita sit, ut honesta vita, beata vita sit. & quoniam is, cui contingit, ut jure laudetur, habet insigne quiddam ad decus, & ad gloriam, ut ob ea, quae tantum sunt, beatus dici jure possit: idem de vita talis viri rectissime dicitur. ita, si beata vita honestate ornatur: quod honestum est, id bonum solum habendum est. Quod vero negari nullo modo possit, quem umquam stabili, & firmo, & magno animo, quem fortē virum dicimus effici posse, nisi constitutum sit, non esse malum dolorem? Ut enim qui morientur in malo penit, non potest eam non simere: sic nemo ultra in te potest id, & quod malum esse decernit, non curare, idque contempnere: quo positio, & omnium assentū approbat, illud effluitur, cum, qui magno sit ambo, atque fortis, omnia, quae cadere in hominem possint, despiceret, & pro nihil putaret, quae cum ita sint, effectuāt, Nihil malum possit incidere sapienti. Et quo intelligitur idem illud, solum bonum esse, quod honestum sit; idque esse beatē vivere, honestē, id est, cum virtute vivere. Nec vero ignoro varias philosophorum fuisse sententias, corum dico, qui sumnum bonum, quo & ultimum appello, in animo ponerent, quas quamquam vitiosè quidam fecuti sunt, tamen non modo his tribus, qui virtutem à summo bono segregaverunt, cū aut voluptatem, aut vacuitatem doloris, aut prima natura in summis bonis ponerent, sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt, sine aliqua accessione, virtutem, ob tamque rem triūm carissimorum rerum, quas supradicti singulis

Zzz 4.

singulas

1. Ne quis sequi existimat. Ita Lambini membranæ, ita Palatini Principis numero quatuor: statimque tantum duo ab illo vulgato ne quis sequi existimat.

2. Collinare hastam aliq[ue].] Nolui discedere ab editione Victorii, alio enim collinare; quomodo ferat Pall. nostri, nisi quod tert. collinare, quatt. collinare. ac primus illi differet habet collinare; quod tandem magis competere in sequenti collinare, quam probare debeam lectionem, necio, sic ferentur etiam; præter mihi jam seni: nam justi sunt fidei aliquid ignorare, surpiscitam, itaque ipsa deferuntur.

3. Ultimum in brevi diximus.] Nil reperio auxilium in Pal. pr. responderetur vulgatis: solummodo habet hec dictum, & statim responde, pro publicato ejus, denique non agnoscerit illud ut ante canticum secundo possumus loco. Scilicet ger aduersus suis suis in ejus, cum vocibus sequentibus iepremo non compateret in rati suo, & statim loco respondebat, sum, denique ex eod. veteris restabat, nec summum diximus in rati-

bsum: illud sine d. alone dicimus.

4. A quib[us] secundum est. Sic Lambinus fecit, hoc est, rotento fr[et]o quod & in Pal. tert. sed prime Pal. profructus abest; neque ullo modo requiriatur.

5. Ut enim bistrioni aliis saltatori miscet.] Quidam volent, aliis saltatori miscuntur; sed non habent faventes membranas.

6. Nam quod laudabile sit, honestum est conceditur.] Edidicat hoc modo quidem Lamb nos, sed dubiam est conjecturam a membranis. at nunc ea quoque legi in Pal. pr. testor.

7. Quidam non possunt quidem, &c. Vox quidem non videtur in Pal. pr. ac restat ea in Pal. ceteris; & quibus habet sec. quidem invenit & ita p[ro]p[ter]e auctor quod & restat in quart. quinto, sexto, habetque suam hec quoque sententiam minime ab iordanis perpendant accusatores.

8. Quid malum offertur, & Pal. pr. dicitur, inclusus.

singulas addiderunt: his tamen omnibus eos antepono, & cujusmodi sunt, qui summum bonum in animo, atque in virtute posuerunt. Sed sunt tamen perabsurdi & ii, qui, *omniscientia vivere, ultimum bonorum, qui nullam rerum differentiam esse dixerunt, atque ita sapientem beatum fore, nihil aliud alii momento ullo anteponentem: ut quidam Academici constituisse dicuntur, exirenum bonorum, & summum munus esse sapientis, obſſere viſtū, affenſusque iuos firmē sustinere.* His singulis copiose respondet solet sed que perspicua sunt longa eſſe non debent. Quid autem apertius, quam, si selectio nulla sit ab iis rebus, que contra naturam sunt, earum rerum quæ sunt secundum naturam, tollatur omnis ea, quæ queratur, laude turque prudentia? Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, & iis, quæ similes earum sunt, relinquunt, ut summum bonum sit, VIVERE, scientiam adhibentem earum rerum, que contra naturam sunt, earum rerum quæ sunt secundum naturam, & si quæ etiam contra naturam sunt, rejiciantur. id est convenienter, congruentque natura vivere. Sed in certis artibus cum dicatur artificiosè, posterum quodammodo, & consequens putandum est: quod illi ἐπιγνομονα appellant. quod autem in quo sapienter dicimus, & id ad prime rectissime dicitur quidquid enim a sapiente proficiatur, id continuo debet explatum eſſe omnibus suis partibus in eo enī ponit id, quod dicimus eſſe expetendum. nam ut, PECCATUM EST patrem prodere, parentes violare, & a depeculari, que sunt in effectu: sic timere, sic incere, sic in libidine eſſe, peccatum est, etiam sine effectu. verum ut haec non in posteris, & in consequentibus, sed in primis consilio peccata sunt: sic ea, quæ proficieuntur a virtute, iufceptione prima, non perfectione, recta sunt iudicanda. Bonum autem, quod in hoc sermone coties usurpatum est, id etiam definitione explicitur, sed eorum definitiones paulum oppido inter se differunt, & tamen codem spectant. Ego assertor Diogeni, qui bonum definiuit, id, quod esset natura absolutum, id autem legiens, illud etiam quod prodest (ἀφέλημα enim sic appellemus) motum, aut ita- dom esse dixit, e natura abſoluta. Cumque rerum notiones in animis fiant, si aut uli aliquid cognitum sit, aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis; hoc quarto, quod extreum posui, & bonum, mortis facta est. cum enim ab iis rebus, que sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit. Hoc autem ipsum bonum, non accessione, neque crescendo, aut cum ceteris comparando, sed propria via & sentimus, & appellamus bonum. Ut enim mel, eti dulcissimum est, illo tamen proprio genere saporis, non comparatione cum aliis, dulce esse scribitur. sic bonum hoc, de quo agimus, est illud quidem plurimi estimandum, sed ea ultimā genere valer, non magnitudine, nam cum ultima, quæ agit dicitur, neque in bonis numerata sit, neque iulfus, nō malis: quantum cumque eo addideris, in suo genere manebit, alia est igitur propria estimatio virtutis; que genere, non crescendo, valet. Nec vero perturbatio de antitorum, que virtutem insipientium miseram, acer-

bamque reddunt: quas Græci πάθη appellant (poterat ego verbum ipsum interpretans, morbos appellare: sed non conveniret ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum sollet dicere? at illi dicunt πάθη, sit igitur perturbatio, qua nomine ipso virtus declarari videtur: nec haec perturbationes vi aliqua naturali inservent: & oīnesq; hæc sunt generis quatuor, partibus plures, ægritudo, formido, libido, quanque Stoici communis nomine corporis, & animi, ἀρδεῖαι appellant, ego malo iatram appellate, quasi genitentis animi elationem voluptatem, perturbationes autem nulla natura, vi commoventur: omni aqua sunt opiniones ac judicia levata, itaque his laiens temper vacabit. Omne uitem, quod honestum sit, id est propter se esse endum sommum nobis est cum multorum aliorum philosophorum sententiis. præter enim res disciplinas, que virtutem a summo bono excludunt, criteris omnibus philosophis hæc est euenda sententia, maxime tamen his Stoicis, qui nihil aliud in bono um numero, nisi honestum, esse voluerint. Sed haec quid me sit perfidis, & peregrinatio detentio. QVIS EST ET NIM, AVT QVIS VMQVAM FUIT aut avaritia tam audenti, aut tam frenatis cupiditatibus, ut eandem illam em, & quam adipisci lete quovis velit, non multis partibus malit ad esse, etiam omni impunitate proposita, sine facinore, quam illo modo pervenire? QVAM VERO utilitatem, aut quem fructum petentes, scire cupimus, illa, quæ occulta nobis sunt, & quo moveantur, quibusque de causis ea verentur in celo? quis autem tam aegritibus institutis vivit, aut quis contra studia naturæ tam vehementer obduravit, ut a rebus cogniti dignis abhorreat, easque sine voluptate, aut utilitate aliqua non requirat, & pro nihil poterit? aut quis est, qui majorum, aut Africanorum, aut ejus, & quem tu in ore semper habes, proxi mei, ceterorumque virorum fortium, atque omni virtute præstantium, salta, dicta, confita cognoscens, nulla animo afficiatur voluptate? quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenue, nou ipsa turpitudine, etiam si uera lura non sit, offenditur? quis animo aquo vdet eum, quem impure, ac flagitiosè putet vivere? quis non odit sordidos, venos, leves, futileis? Quid autem dici poterit, si turpitudinem non ipsam per se fugiendam esse statuerimus, quo minus homines tenebras, & soliditudinem nati, nullo decoro se abstineant, nisi eos per se foeditate sua turpitudine ipsa deterret? Innumerabilia dici possunt in hanc sententiam: sed non necesse est, nihil est enim, de quo tamen dubitari possit, quam & honesta, experienda per se, & eodem modo turpia, per se esse fugienda. Constituto autem illo, de quo ante 12 diximus, quod honestum sit, id est solum bonum: intelligi necesse est, pluris id, quod honestum sit, estimandum esse, quam illa media, que ex eo comparentur. STYLITIA M autem, & temeritatem, & iniquitatem, & intemperiam cum dicimus esse fugienda propter eas res, que ex ipsis eveniant, non ita dicimus, ut cum illo, quod positum est, solum id esse malum, quod turpe sit, hæc pugnare videatur oratio: propter quod

2. Consequens sunt: Et Lambino, communis enim lectio, causas sunt; quomodo & Pall. quinque nam primus noster hoc cumulus est: haberique tantum; et auct. postea mod. Jane.

2. Et ha quæcum lez.) Pall. pr. & Scalig. & sic quæ similes, mox vero tandem vocaliter non agunt, ubi vulgo eit; & si quæ ipsam contra dicunt, & quæ & objectit Lambinus.

3. Id adprimere si nō dicimus. Et à Pall. pr. à quo non recessu calili, quām quod apprime; quomodo & Vict. ed. nam Lambinus, apprime scilicet dicitur.

4. Et definitione explicatur.) Non admodum displicat scriptura Palatini propter explicatur.

5. Et non nisi a scilicet.) Recentius eis: generum; sed alterum est in Victoria, habentque Palatinus, nos scilicet oris, ac Scaligeri, et libras pesu, libram hanc, noscere faciemus.

6. Quæcumque haec genere quatuor.) Pall. pr. non habet illud he. pe-

nitus enim era sum est à manu emendatrices.

7. Quam adipisci facere quæcum dat.) Satisfacit iudicio meo magis quod est in Pall. pr. Ieo quartus quæcum adipisci.

8. Quæ invenimus.) Lambinus, qui invenimus, sed melius Pall. quæcum invenimus: nisi maius cum eodice Scaligerano, quando invenimus e quæ verius videbor; utique cum mox præferant Pall. omnes resuimus: non refutamus.

9. Quem tu semper in ore habes.) Si fides Palatino primo, vox habet spiria eis, adjecta à scilicet splendore sententia.

10. Pater: et si imp. non ipsam per se fug. statuerimus.) Et aliquot Pall. neque longe auctor quidam, quæ consuluit Lambinus, vulgaci, poterant &c. statuerimus.

11. Diximus quadruplicem sit.) Non minus roget Palatinus pr. hanc sit esse.

quod ea non ad corporis incommodum referuntur sed ad turpis actiones, quae oriuntur, è vitiis, quas enim Græci *κοκκινα* appellant, *vina mala*, quām malitia nominare i. *Nx tu, inquam, Cato, verbis illustribus*, & id, quod vis, dclarantibus. Itaque mihi videris Latine docere philosophiam, & ei quasi civitatem dare: quod quidem adhuc peregrinari Roma videbatur, nec offerte se lefe noctis sermonibus: & ita maxime propter literatae quandam & rerum, & verborum tenacitatem. Scio enim esse quosdam, 3 qui quavis lingua philosophari possint, nullis tam varietibus, nullis definitionibus: utuntur, i. quae dicunt, ea se modò probate, quibus natura tacta affectantur. Itaque in rebus minime obscuris non multus est apud eos diffundend labor. Quare attendo te studiouse, & quæcumque rebus iis, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoris manu enim erit: sed istis fortasse jam utendum. Virtutibus igitur rectissime in hi vident, & ad coniuctudinem nostræ orationis, vita posuisse contraria. quod enim vituperabile est per se ipsum, ideo ipso vitium nominatum puto, vel etiam à virtute di- stum vituperari. Sin *κρεπιδωτον*, *maliatam* dixisse, ad aliquid nos unum certum vitium conludente Latina traduceret, & nunc omni virtutum virtutum contrario nomine opponitur. Tuus illi: His igitur ita ponitis, inquit, sequitur magna contentio: & quam tractaram a Peripateticis molitus (est enim eorum consuetudo dicitur non satis acuta, proprie- tatem dicitur) Carneades tuus egredia quadam exortatione in dialecticis, summaque eloquentia, rem in summum discrimen adduxit: propterea quod pugnare non deflit, in omnibus questione, que de bonis, & maliis appetitur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controvèrsiam, sed nominum. mihi autem nihil tam perspicuum videtur, quam has tentias eorum philosophorum re inter se magis, quam verbis dissidere: 7 majorem multo inter Stoicos, & Peripateticos retinere ajo discrepantiam, quam verborum, quippe cum Peripateticis *omnia*, quæ ipsi bona appellant, pertinere dicant ad beatè vivendum: & nocti vero, quod estimatione omnino aliqua dignum sit, complecti beatam vitam potest. An vero certius quidquam potest esse, 9 quam illorum ratione, qui dolorem in malis ponunt, non possint sapienter esse, cùm ecclœto torquatur eorum autem, qui dolorem in malis non habent, 10 ratio certe cogit, uti in omnibus tormentu conservetur beatæ vita sapienti. Etenim h[ab]it[u]res eosdem tollerabilius patientur, qui excipiunt eos pro patria, quam quileviore de causa: *epino facit, non natura, vim doloris aut maiorem, aut minorem.* Ne illud quidem est contentaneum, ut si, cùm tria genera bonorum sint, quæ sententia est Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit

corporis, aut externis bonis plenior, ut hoc idem approbandum sit nobis, ut quipula habeat, quæ in corpore magna estimantur, sit beatior. illi enim corporis commoda compleri vitam beatam putant: nostri nihil minus, nam cum ita placeat, ne eorum quidem bonorum, quæ nos 11 bona natura appellemus, frequentia beatiora vitam fieri, aut magis expetendam, aut pluris estimandam; certe minus ad beatam vitam pertinet multitudine corporis commodorum, etenim si & *sapere*, expetendum sit, & *valere*, & conjunctum utrumque magis expetendum sit estimatio- ne dignum, pluris sit conjunctum, quām si pere ipsum se- patatum, nam qui valitudinem 12 estimatione aliqua dis- gnam judicamus, neque tamen eam in bonis ponimus, il- dem confessus, *NULLA M ESS E* tantam estimationem, us- ea virtuti anteponatur, quod idem Peripateticci non te- nent: quibus dicendum est, quæ & honesta æthos sit, & si- ne dolore, eam magis esse expetendam, quam se esset eadem ex eo cum dolore nobis alter videatur. recte, secusne, potest, sed potest rerum major esse diffensio? Ute- niam obscuratur, & obfunditur luce soli lumen lucis; & ut in- ter magnitudine maris Aegei, Italia muris; & ut in divi- tis Croci, teruncit accessio; & gradus unus in ea via, quæ est hinc in Indianam: sic, cum sic sit bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista 13 rerum in corpore literatum æ- stimatio splendore virtutis, & magnitudine oblicetur, & obviantur, atque intereat necesse est. Et quemadmodum oporintus (sic enim appellemus *έργατας*) non sit major productione temporis (habent enim suum modum quacumque oportua dicuntur) sic recta effectio: *κατέργαστο* enim ita ap- petio, quoniā rectum factum (*κατέργαστο*) recta igitur effectio, item convenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est, ut natura consentiat, crescendi accessionem nullam habet. ut enim oportunitas illa, sic hac, de quibus dixi, non sunt temporis productione ma- jora, ob eamque causam Stoicis non videtur ostenditur, nec magis expetenda beata vita si sit longa, quam si brevis: utun- turque simili. ut si cothurni laus illa esset, ad pedem apte- convenire, neque multi cothurni paucis anteponentur, nec maiores minoribus: sic quorum omne bonum con- venientia, atque opportunitate finitur, nec plura paucio- ribus, nec longinquiora brevioribus anteponentur, nec vero satis acutæ dicunt: Si bona valitudo plani affirmanda sit longa, quam brevis, sapientia quoque usus longissimus quisque sit plurimi, non intelligunt, valitudinis æsti- mationem spacio judicari: virtutis opportunitate: ut vi- deantur 14 qui illud dicant, iidem hoc esse dicturi, bonum mortale, & bonum partum, meliorem longum esse, quam brevem, non vident, alia brevitatem

Zzz 5

pluris

1. *Natu, inquit, Cato.* Siccum aliorum miss. Pal. pr. nam editi inveni-
tui. H[ab]it[u]res.

2. *Semperib[us] i. p[ro] maximis.* Non recedit ab hac scriptura Pal. pr. ac-
cero iomnes accedunt Lamb. habentque & ipsa Scalig. indicat suos
ratiocinios in mis. suo sermone b[ea]t[er]e è p[ro]p[ter]e. unde singebat, seminib[us] t[em]p[or]is
qua proposita.

3. *Quæcumque lingua.* V[er]o et[er]na, aliorumque quæcumque, sed prior ex-
stat in Aldina vele, et nonne Pal. pr.

4. *Vnde ut ipsa dicitur ea se medis.* Redintegravit locum hunc con-
troversum Pal. pr. antea legebat, nimirum ipsa dicitur plurimumque
facilius negoti Paulus Man.

5. *Nam omni virtutis virtus.* G[ra]m. Longè planius sita Pal. pr. quidem vul-
gar, hoc omni, & vero sit etiam maravita Ald. Nepos, quod pa[re]t ergo
quæ respectu nostrum esse in libro vere. Scal. videtur reperiisse in
vele, no, hoc enim virtus: con rario nomine opponit.

6. *Quæcumque tractat a Peripateticis nullius est nisi in Peripateticis nullius.* I. In scrip-
tione, ita dicitur, mus mori a gloriâ Pol. pr. quare, quint. sine omni
gratia prius publicati: quæ per tristitia sit a Peripateticis nullius. eff. in m.
G[ra]m.

7. *Magnam multe inter distinet & Peripateticis rerum sit ajo discrepan-
tia.* Natura h[ab]it[u]re legit[ur] à pal. pr. la[go]ide admodum certe v[er]o ga-
d[er]e ex multis libris St. & Perip. rerum omnia discrepantia, nostram
quoque firmat Scal. liber, si quod is, anima.

8. *Nostri vero, quæ estimantur omnia alijs quæ dignum sit complecti.* G[ra]m.
Lectio non bona, nam primum sali, omnes recte habent, complecti; quod

& in Ald. veteri, proterea palpit. reponit: *τισθι* non quid est enni[us] estimau-
tis aliquajacto omnia; neque aliter pal. quart. nisi quid est non ag-
noscet ex omni, ac tacent omnia constitutis illis eis cui omnium est: ego
num sit et no.

9. *Quæcumque ratione, qui.* Lamb. est, sed è lbris ut sit proximeque
is accedit pal. pr. in quoquam illa ratiō qui, certe ac quarti habent, quæ
illa ratiō isti quæ, & v[er]o & quæm illa ratiō est, qui, & Scal. v[er]o habebat
quærationem, et in qua, & c. apotitumque ex alio codice, quem I. Maratio
ap[er]tus.

10. *Ratiō est ratiō.* Non abhorre ab emendatione Lamb. sed haec
etiam ap[er]tum planis solit[er] vocet.

11. *Bona nata appellatur.* Pal. pr. & quart. Eman[uel] app. quod cum de
reperientur in suis, non dispicit.

12. *Æstimatione aliquæque dignum iudicatur.* Manav[er]t pal. pr. ec. tert.

haec tenuis fere pupillati, videtur, inepit, quæ expressit: & Ald. Nepos

ili. & nostrum, recentiores veri adiungunt ratiōne.

13. *Ratiō, ut et ipsa p[ro]feratur.* I. ex Mass. lib. v. Man. cum prius legere-
tur inde p[ro]p[ter]e, quomodo & quætor pal. nam fecit tert. exhibent
nobis nos p[ro]p[ter]e, armis, uictu, certius sit in legendum, vel omnia illa syllaba
expedita neque eam tantum milia sit otii ut penitus rem excusiam,
et am. Scal. ac oram libri in scripferat & veteri l[et]tro interpretar, sed
idem expunxit statim illud in subiecto & *συγγραφα*.

14. *Qui illud dicant, iidem hoc est differi.* 3. Si blandum esset arbitrio
& docebat pal. pr. rescindere iuniora illa verba, qui illud dicant, tan-
quam a glossatore lectio.

pluris estimari: alia, diuturnitate. itaque consentaneum est his, quæ dicta sunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, quod ultimum, & crescere patent posse, iisdem placere, esse alium alio etiam sapientiorem, itemque alium magis alio vel peccare, vel recte tacere, quod nobis non licet dicere: qui crescere bonorum finem non putamus. ut enim qui de mactis sunt in aqua, nihil magis respirare possunt, si non longè absunt à lumine, ut jam, quamvis possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo: nec catulus ille, qui jam appropinquit, ut videat, plus earnit, quam is qui modo est natus: & ita qui processit 3 aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in mysteriis est, quamlibet, qui nihil processit. Hæc mirabilia videri intelligo. sed cum certa superiora firma, ac vera sint, his autem ex consentanea, & consequentiæ de eorum quidem veritate est dubitandum. sed quanquam negent, nec virtutes, nec vita crescere: atamen utrumque eorum fundi quodammodo, & quasi dilatauntur. DIVITIAS autem Diogenes censet non eam modò vim habere, ut quali dices sint ad voluntatem, & ad valetudinem bonam, sed eis ut ea contineant: non idem facere eas in virtute, neque in ceteris artibus, ad quas esse dux pacientia posset, continuare autem non posset. itaque à voluntate, aut à bona valetudo sit in bonis, divitias quoque in bonis esse ponendas: at, si sapientia bonum sit, non lequi, ut etiam divitias bonum esse dicamus: nec ab illa re, quæ non sit in bonis, id quod sit in bonis, contineri potest, ob eamque causam & quia cogitationes, comprehensionesque rerum, è quibus efficiuntur artes, appetitionesque motent; cum divitiae non sint in bonis, nulla artis divitiae contineri potest. quod si de artibus concedamus, virtutis tamen non sit eadem ratio, propterea quod hoc plurimæ commendationis, & exercitationis indigat; quod idem in artibus non sit: & quod virtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius vita complectatur, nec eadem hoc in artibus esse videamus. Deinceps explicatur differentia rerum: quam si non ullam esse diceressemus, confundetur omnis vita, ut ab Aristotele: nec ullum sapientius munus, aut opus inveniretur, cùm inter res eas, quæ ad vitam degendant peritter, nihil omnino intercesset, neque ullum delectum adhiberi oportet. itaque cùm esset satis constitutum, id solum esse bonum, quod est honestum, & id malum solum, quod neque; & tunc inter haec, & illa, quæ nihil valerent ad beatitudinem, vivendum, aliquid tamen, quo different, esse voluerunt, ut essent eorum alia estimabiliæ, alia contraria, alia neutrum. quæ autem estimanda essent, eorum in aliis fatis esse causæ, quam obrem quibusdam anteposuerint, ut in valetudine, ut in integritate, seculum, ut in dolitis vacuitate, ut gloria, divitiam, simulum rerum; & alia autem non esse ejusmodi: itemque eorum, quæ nulæ estimatione digna essent, parum fatis habere causæ, quamobrem reperientur, ut dolorem, morbum, sensuum amissionem, paupertatem; igno-

miniam, similia horum: patim non. Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno ἡγονήματα, conseq[ue]ntia quod ἡγονήματα nominavit, cùm uteretur in lingua copia, fa[ct]is tamen nominibus, ac novis, quod nobis in hac inops lingua non conceditur. quantum tu hanc copiosissimam etiam dicere soles. sed non alienum est, quo faciliter verbi intelligatur, rationem & hujus verbi faciendi 2. nonis exponere. Ut enim, inquit, nemo dicit, in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem. Id enim est ἡγονήματα, sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: si in vita non ea, & quæ primario loco sunt, sed ea, quæ secundum locum obtinent, ἡγονήματα, id est, producta nominentur. quæ vel ita appellemus (id erit verbum & verbo) & vel promota, & remota, vel ut dudum diximus, præposita, vel præcipua, & illa regula, & enī intellecta, in verbis iuri faciles esse debemus, quoniam autem omnia, quod est bonum primum locum tenere dicimus, neesse est, nec bonum esse, nec malum hoc quod præpositum, vel præcipuum nominamus. itaq[ue] id definitus, quod sit indiferens, cura estimacione mediorum, quod enim illi ἀδιάφορο dicunt, id mihi ita occurrat, ut indifferens dicere, neque enim illud fieri poterat ullo modo, ut nihil vel inquietetur in medis, quod aut secundum naturam esset, aut contraria nec, cùm id relinqueretur, nihil in his posse, quod fatis estimabile esset: si nec hoc posito, non aliqua essent præposita. Recte igitur hæc facta distinctio est, atque etiam ab iis, quæ faciliter res perspicci possit, hoc simile ponitur. Ut enim, inquit, si hoc singulam esse quasi finem, & ultimum, ita pars jacere talum, ut rectus assit: qui ita talus erit iacitus, ut cadat rectus, præpositum quiddam habebit, ad finem: qui alter, contra. neque tamen illa præpositio tali, ut eum, quem dixi, finem pertinebit: sic ea, quæ sunt præposita, referuntur illi quidem ad finem: sed ad eum vim, naturamque nihil pertinent. Sequitur illa divisio, ut bonorum alii sit ad illud ultimum pertinentia, sic enim appello, que τετράκις dicuntur: 1. jam hoc ipsum institutum, ut placuit, pluribus verbis dicere, 12 quod uno non poterimus: ut res intelligatur: alia autem efficientia, quæ Graci, πονητὴ, alia utrumque, de pertinentiis, nihil præter amicum. Sed & pertinetem, 13 & efficientem sapientiam volunt esse, nam quia sapientia est conveniens arte, 14 est illo pertinentiis genere, quod dixi, quod autem honestas actiones assent, & efficit, id efficientis dici potest. Hæc, quæ præposita dicimus, partim sunt periespla præposita, partim quod aliquid efficient, partim utrumque per se, ut quidam halitus oris, & vultus, ut status, ut motus: in quibus sunt & præponenda quædam, & rejicienda: alia ob eam rem 15 præposita dicuntur, quod ex se aliquid efficient, ut pacientia: illa autem ob utramque rem, ut integræ sensus, ut bona valetudo, de bona

aurem

meritor examen subire Crictice: & venturis.

9. Vel plementa, & remata, vel, ut dudem diximus præposita, vel præcipua, & liberaria.) Nolui recedere ab editione Vicki, quod ita etiam extaret in palli nostris, etiam præfisi quod is ultima vox, refeisti Man. & Lambd. demunt, addunt, sed non etiam præcepitibus libris vetustis.

10. Nec haec præfisi, ut aliquip rite præposita.) Expressus quod erat in Massili lib. & pal. pr. vulg. neches poësia.

11. Lambd. ijsq[ue] ipsius inservit. Ita quæ bene pall. pr. seu quart. sext. sicut hoc.

12. Quod una non pertinet.) Negativa non est in Aldo veteri, neque in illo pall omnino tamen requiritur.

13. Et efficientem sapientem.) pall. pr. test. quart. sext. sapientem, forsitan melius.

14. Est ille pertinentiis genere.) Lambd. est in illa pert. Aldus Ayus & Neopossessorum illi pertinentiis gen. sed præter nulli nostros, nam pr. in adhuc vulg. à quo etiam non recessit: Vicki, ceteri quinque scribunt, est in illa pert.

15. Præposita dicuntur.) Olim soli dicitur in seque aliter pall. sex, editio que Vicki.

I. Ergo

16. Est illa quæ nihil valerent, in miseriis nostris ceteris.

17. Inter haec & illa quæ nihil valerent, tert. quart. quint. tum haec us illa quæ nihil val.

18. Illa autem non esse ejusmodi.) Dobites de sinceritate scrip[er]it, ob

yal pr. in quo, alii autem quæmodi.

19. Hæc vero factio[n]e Zenonis) pall. tert. secundi voluit forsitan exprimere antiquæ facundi.

20. Que primaria loca sunt.) Locum in nos integrum, proditor, pall. in

21. Que primaria loca sunt, in quo primaria. scilicet venus, qui primaria, vicinum est,

gutera fama / quam enim appellant *videlicet*, aptius est
hoc loco *bonam famam*, appellare, quam gloriam / Chrysippus quidem, & Diogenes, detracta utilitate, ne dignum
quidem, ejus causa, portigendum esse dicebant. quibus
ego vehementer assentior. qui autem post eos fuerunt,
cum Carneadem sustinere non possent, hanc, quam dixi,
bonam famam, ipsam propter se prepositam, & sumen-
dam esse dixerunt, effecit homini ingenio, & libra altera du-
cata, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a boni etiam vi-
vir, idque propter rem ipsam, non propter usum; dicunt
que, ut liberis consulum velimus, etiam si possumus futuri
sunt, propter ipsos. sic fatus post modum in fama tamen
esse propter rem, etiam detracta usu, confundendum. Sed
cum quod *bonum sit*, id *solum bonum esse dicamus*; conser-
vandum tamen est, fungi officio, cum id officium, nec in
bonis ponamus, nec in malis, est enim aliquid in his re-
bus probabile, & quidem ita, ut ejus ratio reddi possit,
& ergo etiam probabiliiter acti ratio reddi possit. Est
autem *OFFICIO*, quod ita factum est, ut ejus facti pro-
babilius ratio reddi possit. ex quo intelligitur, officium me-
dium quoddam esse, quod neque in bonis ponatur, ne
que in contraria. quoniamque in his rebus, quae neque in
virtutibus sunt, neque in virtutis, est tamen quiddam, quod
usui possit esse, tollendum id non est. Est autem ejus ge-
neris actio quoque quoddam, & quidem talis, ut ratio po-
sset agere aliquid, & facere, corum, quod autem ratio
ne actum sit, id officium appellamus. Est igitur officium
eius generis, quod nec in bonis ponatur, nec in contraria. 2 Atqui perspicuum etiam illud est, in ipsis rebus mediis
aliquid agere sapientem, judicat igitur, cum agit, officium
illud esse. quod quoniam *nunquam fallitur in iudicando*, e-
rit in mediis rebus officium; quod efficitur etiam hac
conclusione rationis. Quoniam enim videmus esse quid-
dam quod recte factum appellemus, id autem est perfe-
ctum officium: erit autem etiam inchoatum: ut, *ū justo*
depositu reddere, in recte factis: in officiis ponatur, de-
positum reddere: illo enim addito, *jus*, facit recte fa-
ctum: per se autem hoc ipsum reddere, in officio pon-
tur: quoniamque non dubium est, quin in his, quae media dicimus, sit aliud sumendum, aliud rejiciendum: quid
quid ita sit, aut dicitur, *ū communis officio continetur*, ex quo intelligitur, quoniam *ū ipsius omni natura diliguntur*,
quam sapientem, sumendum, futurumque secundum
naturam sunt, rejecturumque contraria. Ita est quod-
dam commune officium sapientis & insipientis, ex quo
efficitur, versari in his, quae media dicimus. Sed cum ab
his omnia proficiantur officia, non sine causa dicitur, ad
ea referri omnes nostras cogitationes: in his & ex eius
ē vita, & in vita mansione, in quo enim lura sunt,
qua secundum naturam sunt, hujus officium est *in vita*
manere: in quo autem aut sunt plura contraria, aut fore-
videntur, hujus officium est, *ē vita excedere*: quo appareat,
& sapientis est aliquando officium, excedere est vita, cum
beatus sit: & nulli manere in vita, cum sit miser. nam
bonum illud, & malum, quod sepe jam dictum est, postea
consequitur. prima autem illa natura, sive secunda, sive
contraria, sub iudicium sapientis, & dilectionis cadunt:
et que illa subjecta quasi materia sapientiae, itaque de-

manendi in vita & migrandi ratio, omnibus ipsis rebus,
quas supra dixi, metienda. nam neque ipsis, qui virtutes
retinentur in vita, neque ipsis, qui sine virtute iunt, mox
est appetenda. ut, *Ū AUREO OFFICIO* est sapientis, de-
scendere à vita, cum sit beatissimus, si id opportuno facere
possit: quod est convenienter natura vivere. sic enim
centetur, *Ū OPPORTUNIS PROPSITIS* vita. Itaque à sapientia
principitur, le ipsam, si usus sit, sapiens ut relinquat.
Quamobrem cum virtiorum ista vis non sit, ut causam af-
ferant mortis voluntatis: perspicuum est, etiam fructu-
rum, qui indumentis sint, officium esse, manere in vita,
si sunt in maiore parte eorum rerum, quas secundum na-
turas esse dicimus. Et quoniam excedens ē vita, &
manens, xque miser est: nec diuturnius magis ei vita
fugienda facit; non sine causa dicitur, ipsis, qui pluribus
naturalibus frui possent, esse in vita manendum. Pertin-
tere autem ad rem arbitrantur, intelligi natura fieri, *ū li-
bera a parentibus animo*: à quo initio perfectam commu-
nem humanis generi societatem persequimur. quod pri-
mam intelligi debet, figura, membrisque corporum; que
ipsa declarant procreanti à natura habitam esse rationem.
N que vero hæc inter se congiuste possint; *ū natura &*
procreari vellet, *Ū* procreatio non curaret. Atque etiam in
beliis vis naturæ incepti potest: quarum in fama, & edu-
catione laborem cum cernimus, *Ū* ipsius vocem vide-
mur audire. & Quare ut perspicuum est, natura nos à
dolore abhortere: sic appetet, à natura ipsa, ut eos, quos
genuerimus, amemus, impelli. Ex hoc nascitur, ut etiam
communis hominum inter homines naturalis sit
commendatio, *Ū* porteat hominem ab homine ab ipsius, quod
homo sit, non alienum videret. ut eam in membris alia sunt
tangunt sibi nata, ut oculi, ut aures: aliqua etiam cete-
rorum membrorum usum adjuvant, ut crura, ut manus:
sic immanes quedam bestie sibi solum natura sunt: at illa,
qua in concha paulo pinnæ dicitur; isque, qui enar è con-
cha, qui, quod eam custodiat, pinnæ vocatur, in eamq;
cum le recipit, includitur; ut videatur monuisse, ut ca-
veret: itemq; formicæ, apes, ciporæ, aliorum etiam cau-
sa quedam faciunt. multo magis hæc conjunctio est ho-
minis. itaque natura sumus a pia deo creatus, cumq;
esse quasi communem urbem, & civitatem hominum, &
deorum. & unumquemque nostrum, ejus mundi esse par-
tem, & ex quo illud natura conquisit, ut *Ū MUNDEM UTI-
LITATEM NOSTRAE ANTE VENAM*. ut enim leges om-
nium salutem, singulorum salutem, interponunt: sic vir bonus,
& sapiens, & legibus patens, & civilis offici non igna-
rus, utilitati omnium plus, quam unus alicujus, aut lux-
confudit. *Ū MAGIS* vituperandus est proditor patriæ,
quam communis utilitas, aut utilitas defertur, propter:
suum utilitatem, aut salutem. ex quo fit ut laudandus sit,
is, qui mortem opteat pro rep, quod doceat, carorem effe:
patriam nobis, quoniammet ipsos. quoniamque illa vox inhu-
mana, & icelerata dicitur, eorum, qui negant se recusa-
re, quo minus, *Ū* mortis, terrarum omnium deslagrato confa-
quatur: quod vulgi quodam versu Græco pronuntia-
ti solet, certè verum est, etiam ipsis, qui aliquando fu-
turi sint, esse propter ipsos consulendum. Ex hac ani-
motum:

1. *Ergo ut etiam probabilius altera ratio reddi possit.* Totum istud, non est in-
veniendum Aldi somitum negi gentiū typographorum, ob repetitiones
vocum ratio reddi possit, quod neque a madere, aut Man. filius, aut
Nepos Vicit, amen auctor i reddidit, ne quis fufan id Lambdæce promi-
teretur, videri vult, qui tamen contra illi, nostris sex publicari, proba-
bilis, fuit...

2. Argui. Sic dicit nihil pejus certe quam vulgus argue.

3. *Communi officio continetur.* Verulius culseram. ed. Vicit omni officio,
sicut & in pali, quaevor, nam secundo defit, tunc, mutavit omni in is.
forte, omni officio.

4. Non negarique qui virtus resistent in vita, *Ū* Lambdæce q; suo

mire interpolavit: at legendam erat nam neque virtus resistent in vita,
ita enim pal. præcepit alius dicitur, in quo neque se qui virtute resistent.

5. *Ū officio sapientis vel genit.* Gemma librat orationis maravirat
pal. præcepit in lib. erorum d' em lectum nobis, *Ū* offiçio sapientis.

6. Quare ut perspicuum est, *Ū* Voca et, non est an pall. aut edd. an-

tiquiorum, in d' ne quidem in V. c. 3.

7. *Cum se recipit.* Et plerisque Pall. melius, quam ut antea vulgi-

recipi:

8. *Ex quo illud natura consequitur.* Ita Pal. præcepit quinto representa-

vitque editio V. c. 3. in sequitur.

morum affectione testamenta, commendationesque momentum natu sunt, quodque nemo in solitudine vitam agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia; facile intelligitur, nos ad conjunctiones, cōgregacionemque hominum, & ad naturalem communitatē esse natos. IMPELLIMUS autem natura, ut prodeſt velimus quamplurimis, in primisq; docendo, rationibusq; prudenter tradendis. itaque non facile eſt inventio, quis, quod ſit ipſe, non iradas alteri. Ita noſ ſolum ad diſcendum propensiūmus, verū etiam ad doceandum. Atque ut tauris natura datum eſt, ut pro virtutis contra leones summa vi, impetuque contendant: ſicq; QUT VALENT opib; atque id facere poſſunt, ut de Hercule, & Libero accepimus, ad ſervandum genus hominum natura incitantur. Atque etiam Jove in cū optimum & maximum dicimus, cumque eandem ſalutarem, hospitalem, ſtatorem, hoc intelligi volamus, ſalutem hominum in ejus eſte tutela. Minimè autem conuenit, & cū ipſi inter nos abjecti, neglegenteſi ſumus, poſtolare, ut dii immortalibus caſi ſumus, & ab his diligamus. quemadmodum igitur membris utimur prius, quam dicimus, cujus ea utilitas cauſa habeamus; ſic inter nos natu ad civilem communitatē coniuncti, & conficiati ſumus. quod ni ita ſe haberet, nec iuſtitia ulius eſſet, nec bonitati locus. Et quo modo hominum inter homines iuri eſte vincula putant, ſic homini nihil iuri eſte e in bellis pociare enim Chryſippus, CETERA MATA eſte hominum cauſa, & deorum: eos autem, communitatē, & societatis lux, ut bestiis homines uti ad utilitatem ſum possint sine iuſtria. quoniamque ea natura eſt hominis, & ut ei cum genere humano quaſi civile iuſ intercederet qui id conſervaret, eum iuſtum: 3 qui migrauit, iuſtam fore. ſed, quemadmodum, THATRUM cū commune ſit, reſtē tamen dici potest, ejus eſte eum locum, quem quique occupabit, ut in urbe mundove communī non adverſetur iuſ, quo minus ſuum quidque cujusque ſit. cū autem ad tuendos, conſervandoque homines hominem natum eſte videamus: conſentaneum eſt huic natura, ut ſapiens veſtigere, & administrare rem publica, atque, ut e natura vivat, uxoret adjungere, & veſtigio ex ea liberos. Ne amors quidem ſanctos, à ſapientie alienos eſt arbitrantur. Cynicorum autem rationem, atque vitam alii cadere in ſapientem dicunt, ſiquis ejusmodi forte cauſa incident, ut id faciendum ſit: alii nullo modo. Utvero conſervetur omnis homini erga heminem ſocietas, coniunctio, caritas, & emolumenta, & deſtinentia, quād φαλιμός & βλάρυμός appellant, communia eſte voluerunt: quoniam altera profunt, nocent alera, nec ſolū ea communia, verū etiam paria eſte diſerunt. incommoda autem, & commoda (in dōxēn- pōlo & ἀποχετημόlo appello) communia eſte voluerunt, ac paria noluerunt. illa enim quā profunt, aut quā nocent, aut bona ſunt, aut mala: que ſint paria necelle eſt, commoda autem, aut incommoda in eo genere ſunt,

que præpoſita, & rejecta dicimus. ea poſſunt paria non eſſe: ſed emolumenta communia eſte dicuntur, reſtē autem ſatia, & peccata, non habentur communia. Amicitiam autem adhibendam eſte clement, quia fit ex eo genere, que poſſunt, quamquam autem in amicitia alii dicant: ALIQUIS CARA M eſte ſapienti rationem amici, ac ſum: alii autem ſibi cuique cariorem, ſuam tamē bi quoque posteriores fatentur, alienum eſte à iuſtitia, ad quam natu eſte videamus. detrahatur quid aliq; quid ſibi affluit, minime vero probatur huic diſcipiſt, de qua loquor, aut amicitiam aut iuſtitiam proprias utilitates adſcribi aut poſſari. & eadem enim utilitates poterunt eis labefactare, atque perverttere. etenim NEC JUSTITIAS, nec amicitias eſte omnino poterunt, niſi ipſe per ſe expetantur, ius autem, quod ita dicit, appellari poſſit, & id eſte naturam: ALIENUMQUE eſte ſapiente non modo iuſtriam cui facete, verū etiam nocere, nec vero ſcluſum eſt cum amicis, aut bene meritis conſociare, aut coniungere iuſtriam: graviflomeque & veriliſſime defendit, namquā etiā quād ab utilitate poſſe ſejungi &c, quidquid ſequuntur, que eſt, id etiam honeſtum, viciſſimque, quidquid eſt honestum, id iuſtum etiam, atque x̄quum fore. Ad easque virtutes, de quibus diſputatum eſt dialekticam etiam adjungant, & physican: eaque ambas virtutum nomine appellant: alteram, quod habeat rationem, nec cui falſo alſentur, neve umquam capiōta probabilitate fallamur, eaque, que de bonis & malis diceremus, ut rene, tuerique poſſimus nam line hac ante 9 que misat, arbitrabantur à vero abduci, fallique poſſe. reſtē igitur, si omnibus in rebus temeraria, ignoratioque pitiola eſt, 10 ab his ea, que tollit hanc, virtus nominata eſt. Physica quoque non ſine cauſa tributus idem eſt honos: propter quod que CONVENIENTER natura viciſtrusit, ei & proficisciendum eſt ab omnimundo, & ab eius procuratiōne. nec vero poſt quisquam de bonis, & malis vere judicare, niſi omni cognita ratione natura, & vita etiam deorum, & utrum convenientat, nec ne, natura hominis cum universis: que ſunt vetera precepta ſapientium, qui jacenti II TEMPORE PARERE, & SEQUI D EUM, & SE NOSCERE, & NIHIL NI- MIS. Hac ſine physica quād vim habent: à habent maxima) videtur nemo poſſit. Atque etiam ad iuſtitiam coſtendam, ad tuendas amicitias, & reliquas caritates quid natura valcat, hæc ea cognitio poſſet trahere. Nec veſtigio aduersus deos, nec quāta hiſ gratia debeatuer, ſine explicatione nature intelligi poſſet. Sed jam ſentio me eſte longius protectum, quād proposita ratio poſtularet. verū admirabilis compoſitio diſtriplina, incredibilisque terum traxit ordo 12 que perdeos immortaleis, nonne miraris? QUID ENIM aut in natura, qui nihil eſt aptius, nihil deſcriptius aut in operibus manu factis tam coſtitutum, tamque in compactum & coagimentatum inveniri poſtulat? quid poſteius priori non conveniat quid legiuitur, quod non reſpondeat superiori? quid nō ſic alio ex alio ſectetur, ut nō ſi uia littore a moveris, labē omnia? 13 nec tamē quid eſt; quo moventur

1. Cum ipſi inter nos ſubtili negleſtique? Leſtio minus vera ſi flandum. Pal. pr. in quibus uel negligeatque ministrum reſer bendon, uel negligatque, doct' ſi ſum in Pal. tert. in quo, ne viſe abſtia negleſtique.

2. Ueſtē cum genere, &c. Sic Lamban ē miſi, nescio, led cum Pal. pr. & quart. ſervant, ut cum genere: vocem ilam in hanc facile degenerare patet ſi ſentio, malum ſamen fecit illud nostrum.

3. Qui mag. areſt in iuſtria ſive? Sic Pall. quinque, nam pr. illa alioquin optimus, qui neglegit, aut evan abſtardi nō hinc ſe habet, olim vulg. qui vi aperte uite cinditum à Lamb.

4. Leſtio ex talibus. Non potui excludere ſcriparam Pal. pr. & quart. eſta uoc: que erat in omnibus vulg. à fine, pereſſare, in quibus eſt ea ſi incidiſſerit. P. Man. abſquā profeſſo nobis obtrufiſſerit. Lam. ex talibus proceſſare, omnia illo reſtē, voce gratioſiſima.

5. Ex uella d. cinquo. Malum cum Pal. pr. d. amissus.

6. Bedremus uoluntate. Sic creſtē Pall. alli ſoluptris, quod in editio, ubi a Lamb. d. veſtē ſic ſires mei eſt abſtiri, utramque vacem ju- golarem, tanquam ſupervacuam.

7. Id effe uoluntate. Lamb. ed. diſt. natura, quod congecerat Pauli. Man.

ſed nō illus ei ſcriptus eſt accedit: Pal. placuit tamen Scalig.

8. Euſtathia obſeruante. Scal. ſcripſit in eſt lineas diſtincte.

9. Quoniam abſt. transire. Eſtē Pal. pr. & Man. minus reſtē haſtentus impreſſi, abſt. transire.

10. Abſt. reſtē illi ſoluptris. &c. Abſtendit valde leſtio co- diſci. Scal. areſtē que illi ſoluptris ſunt. &c.

11. Temp. i pueri. Multa verſimilia protolit. P. Viſt. eorū arbitretor hec. i. h. endam percutit. 12. Vt. leſtio 20. quod ſuis adquicito. haſtare ei adm. nesciunt. Palli noctis.

13. Que ſunt Diam immortalia. Pal. pr. q̄m, ut referatur ad ordinem neli o. in reſtē pueri. omni no Pauli. Man.

14. Coagulatione, coagimentatione. Iuſt. pr. ſectionem ſuam, ex que formari quidque poſſe, coagulatione: fed familiare eſt vero natum ex veſtē ſe- bendit, ut ſe coagulationem alioq; nat quoconclit, coagimē atam.

15. Puer. ſuam que dūcam eſt que mire poſſe. Reſtaurav. hunc ſuam volentibus omnibus membrinis vñl. othecē Pal. pries habebamus, quid metu. ſed bene quod id haſtentus euam nemo interpretabat.

L. EK.

moveri possit, quam gravis verò, quam magnifica, quam constans conficiunt persona sapientis? qui, cum ratione docuerit, quod honestum esse, id est solum bonum, semper sit necesse est beatus, vereque omnia ista nomina possideat, quae trideteri ab imperitis solent. rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nee se, ne fuis reges posuit: rectius magister populi, (is enim est dictator) quam Sulla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriae, avaritiae, crudelitatis magister fuit. rectius dives, quam Crassus, qui, nisi equus, numquam Euphratem nulla bellum caula transire voluisse. rectè eius omnia dicuntur, qui scit utrū SOLUS OMNIBUS. rectè etiam pulcher appellabitur: a nimi enim lineamenta, sunt pulchriora, quam corporis: rectè solus liber, nec dominationi cuiusquam patens, neque obediens cupiditati; rectè invictus, cuius etiam si corpus constringatur, animo tamen vincula injici nulla possint: neque expectet ullum tempus etatis, ut tum denique judicetur. beatusne fuerit, cum extremum vite diem morte consecerit: quod ille unus è septem sapientibus non sapientem Cœsium monuit nam si beatus unquam fuisset, beatam vitam usque ad illum à Cyro et exstinctum regum protulisset. quod si ita est, ut neque quisquam, nisi bonus vir, & omnes boni beati sint: quid philosophia magis cœlendum, aut quid id est virtute divinius?

Ex finibus regum præmisso. Non potest duplere quod reperi in Pali. p. p. subdit.

M. TULLII CICERONIS DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM, AD BRUTVM, LIBER QVARTVS.

SYNOPSIS.

P. Zenoni principi Stoicorum nullam fuisse causam, cur à Peripateticis & Academicis verbis discentires de summi boni sententia: Stoicos virtutes & via per eam exequare: & in aliis quibusdam labi.

UAS cum dixisset, finemille. egeautem, nō tu, inquam, Cato, ista exposuisti tam multa memoriter, tam obscuritate dilucide, itaque aut omittamus contraria omnia velle aliquid, aut spatiū suinamus ad cogitandum: tam enim diligenter, eti minus verè, (nam nondum id quidem audeo dicere) sed tamen accurate non modo fundatam, verum etiam exstructam disciplinam non est facile perdiscere. Tum ille, aī tandem, inquit, cum ego te hac nova legi videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa tempus dilatatum putas? quia tamen à te agetur non melior, quam illa sunt, quas interdum obtinet. Quare istam quoque aggredere, tractaram præfitem & ab aliis, & à te ipso à pte, ut tibi deesse non possit oratio. Tum ego, i. Non mehercule folio temere contra Stoicos: non quo illis admodum ascendi; sed pudore impedit: ita multa dicunt, quæ vix intelligam. Obscura, inquit, quedam esse confiteor: nec tam ab illis ita dicuntur de industria: sed inest in rebus ipsius

obscuritate. Cur igitur easdem res, inquam; Peripateticis dicentibus, verbum nullum est, quod non intelligant? Easdemne res, inquit, an parum differunt, non verbis Stoicos a Peripateticis, sed universa re, & & rota sententia discentire? Atqui, inquam, Cato, si istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Putabam equidem satis, inquit, me dixisse, quare ad ea primū, si videtur, si aliud quid voles postea. 3. Introdū isto quidem, inquam, loco: nisi iniquum postulo, responde arbitriatu meo. Ut placet, inquit, 4 et si enim illuc erat apius, quem cuique concedere. Existimo, inquam, Caro, veteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem, deinde eorum, Polemonem, Theophrastum, satris & copiose, & eleganter habuisse constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, cum Polemonem audisset, cur & ab eo ipso, & ab his superioribus dissideret. quorum fuit hæc institutio in qua animadversa velim, quid putes mutandum, nec exspectes, dum ad omnia dicam quæ à te dicta sunt universa enim illorum ratione cum tota vestra configēsum puto, qui cum videbent, ita nos esse natos, ut de communiter ad eas virtutes, apies.

^{1.} Non mehercule folio rem? Haud in pte Pal. pr. ac tert. interponit. quem, i. a. dem habet folio, hoc modo. Non habet quan folio se rem & vero certe omnes habent folio præter secundum etiam edidit P. V. Ita adeo ut aliquid adducere hec latere videatur res bona.

^{2.} Et recte sententia discentis. Pal. pt. & quart. item ed V. & disdict. sed com & mōs, etdem d. Et o. repator, non a. sus fu admittere.

^{3.} Introdū quidem inquam locum, si inquam, &c. Sic hodie quod dem patam vulgatus at Alius avus ediderat, in me, pte quidem inquam; que tunc &c. nec alter V. & proxime ad miseros; qui tamen vobulo adhuc one auctores. nam pr. habet, in pte quidem, inquam que tunc

guligine sit; nec aliter sex: in dñe certi. & quart. quād quod il, quidem, que num fec habebatq; q; quicquid Lambin non exa minatis, putos, platearum libris, obser. sit nobis Lambi, si quidem regiam locutus.

^{4.} Atque enim illud excepimus, &c.) Revocavimus ex ms. Pall. & edid. vert. excolorant medietate, & ro. us leviter. & r. in. adhuc licentius Lamb. obsecrat nobis pte. illud etiam agimus, sicut inq. citat dñe, quid enim est evirare aliquem, si hunc non estimare hec hæret P. M. dum non attendit & sancti oni. Scil. securus libros Lamb. emendabat et illud & et ap. equum, sicut tunc, id est, suo quidque loco.

^{5.} Quod

apti essemus, quæ notæ, illustresque sunt, justitiam dico, temperantiam, ceterasque generis ejusdem: quæ omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem, & tractatione differunt: easque ipsas virtutes viserent nos magnificenter appetere, & ardentius, habere etiam insitam quandam, vel potius innatam cupiditatem scientia, nato: quæ est ad congregacionem bonorum, & ad societatem, communitatemque generis humani, eaque in maximo ingenio maximè clucero: totam philosophiam treis in partes diviserunt, quam partitionem à Zenone retinam esse videmus, quemcum sum una sit, i. qua mores conformari putantur: differto eam partem, que quasi stirps est huius questionis: qui sit enim finis bonorum, mox hoc loco tantum dico, à veteribus Peripateticis, Academicisque, qui se conuenientes, vocabulis differabant, cum lecum, quæm evilem recte appellatui videmur, Græcè πόλις ἀριστος, graviter, & copiose est tractatum. Quā multa illi de rep. scripserunt? quā multa de legibus? quā multa non solum præcepta in artibus, sed etiam exempla in orationibus bene dicendi reliquerunt? priuam enim ipsa illa, quæ subtiliter differenda erant, politie, aptege dixerunt, cum definientes, tum patientes: ut vesti etiam: sed vos squalidius, iliorum, vides, quām nitet oratio. deinde ea, quæ requirebant orationem ornatam, & graveam, quām magnifici sunt dicta ab illis? quām splendide? de justitia, de fortitudine, de amicitia, de cœitate degenda, de philosophia, de capienda rep. de temperantia, de fortitudine hominum **. 2 de spinas velleptium ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum, qui grandia ornata, vellent enucleare minora dicere. Itaque quæ sunt eorum consolationes? quæ cohortationes? quæ etiam monita, & consilia, scripta ad summos viros? erat enim a pud eos, ut est rerum ipsarum natura, sic dicendi exercitatio, duplex, nam QUIDQUID QUARERETUR, id habet aut generis ipsius sine perdonis, temporibusque, auris adjunctis, facti, aut juris, aut nominis controvèrsiam. ergo iū utroque exercebantur: eaque disciplina efficit tantum iliorum utroque in genere dicendi copiam. Totum genus hoc, & Zeno, & ab eo qui sunt, aut non potuerunt aut noluerunt, scilicet reliquerunt, quamquam scriptis item rhetorica Cleanthes, Chrylippus etiam, sed sic, ut, si quis obmiserit conceperit, nihil aliud legit debet, itaque vides, quo modo loquuntur nova verba singunt: differunt usitata. At quanta conanuntur mundum hunc omnem appiudum esse nostrum. Incendit igitur eos qui audiunt. vides, quantam rem agas; ut, Circensis qui habiter, totum hunc mundum, suum municipium esse existimet. Quid ille incendat? restinguat citius, si ardenter acceperit. Ita ipsa, quæ tu breviter, regem, diutinam, divisem, solum esse sapientem, a te quidem apte, ac rotundâ quippe, habes enim à rhetoribus. iliorum vero ista ipsa quam exilia de virtutis vis quam tantam volent esse, ut beatus per se efficerit possit, pungunt, quasi aculeis, interrogatiunculis angustis: quibus etiam qui assentiuntur, nihil commutantur animo, & sicutem alios qui venerantur res enim fortasse veræ, certè graves, non ita tractantur, ut debent, sed aliquando minutius. 3. Sequitur differendi ratio, cognitioque naturæ, nam de summo bono mox, ut dixi, videbimus, & ad id explicandum distinctionem omnem conferemus. In iis igitur partibus quibus nihil erat, quod Zeno commutare gestiret, res enim

præclarè schabent, & quidem in uteaque parte, quidem ab antiquis ex eo genere, quod ad differendum valer, prætermissem est? qui & definierunt plurimæ, & definiendi artis reliquerunt: quodique est definitioni adjunctum, ut ne in parte dividatur, id & sit ab illis, & quemadmodum fieri oporteat, traditur. item de contrariis: à quibus ad genera, formasque generum devenerunt. Jam argumenti ratione conclusi, caput iste & faciunt ea, quæ perspicua dicunt: deinde ordinem sequuntur: tum, quid verum sit in singulis extrema conciliuntur. Quanta autem ab illis varietas argumentorum, ratione concludentium, eorumque cum captiōnēs interrogationibus dissimilitudo? quid, quod pluribus locis quasi demonstrant, ut neque sensuum fidem sine ratione, & narratione sine sensibus exquiramus; & atque ut eorum alterum ab altero separemus? Quid? ea, quæ dialectici nunc tradunt, & docent, nonne ab illis ex instituta sunt, & inventa? de quibus etiā à Chrylippo maxime laboratuit, tamen à Zenone minus multo, quā ab antiquis. ab hoc autem quædam non melius, quām vere: re: quædam omnino relata, cùmque duæ sint artes, quibus profectio & oratio compleat, una inveniendi, altera differendi: hanc posteriorem & Stoici, & Peripateticis; priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. nam ē quibus locis quasi thesauri, argumenta deproferent, vestiti ne suscipiāt quidem sunt, superiores autem artificis & viae radientes, quæ quidem res efficit, nene. scilicet sit, usidem de rebus semper quasi dicta decantare, neque à commentatoriis suis discedere: nam quis sciet, ubi quidque positum sit, quaque eo veniat, is, etiam si quid obrutum erit, poterit eruer, semperque esse in disputando suus. Quod etiā ingenis magnis perdit quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur: ARS TAMBUS EST DUX ET RATOR, QUAM NATURA aliud est enim poetarum more verba fundere, aliud ea, quæ dicas, ratione, & arte distinguere. Similia dici possunt de explicacione naturæ, quæ hi utuntur, & vesti: neque vero ob duas modas causas, quod Epiceto videtur, ut pellatur mortis, & religiosis meritis: sed etiam modestiam quandam cognitio rerum, calostum affert, qui videant, quanta sit etiam apud deos moderatione, quantum o. do: & magnitudinem animi, deorum opera, & facta clementibus: justitiam etiam, cum cognitum habeas, quod sit summi rectoris, & domini numen, quod continum, quæ voluntas, cuius ad naturam apta ratio, VERAILLA BY SUMMALEX à philosophis dicitur. Inest in eadem explicacione naturæ, insatiabilis quædam è cognoscendis rebus voluptus: in qua una, confessis rebus necessariis vacui negotiis, honeste, ac liberaliter possumus vivere. Ergo in hac ratione tota de maximis fere rebus Stoici illos secuti sunt, ut & deos esse, & quatuor ex rebus omnia constitutae ent. Cum autem quereretur res admodum difficilis, nuto quædam natura videtur esse, ex qua ratio, & intelligentia oritur, in quo etiam de animis, cuius generis essent, quereretur: Zeno id dixit esse ignem: non nullula deinde aliter, sed ea paucæ, & maxima autem re, eodem modo, divina mente, atque natura mundus unius versum, atque ejus maximas partes administrari: materiam vero rerum, & copiam, apud hos, exilium: apud illos uberrimum repudiemus. quā multa ab his conquista, & collecta sunt de omnium animalium genere, ortu, membris, zatibus? quā multa de rebus his, quæ dignuntur terra?

quām

3. Quæmeras confirmari.) Ita hodiernæ oddat patrum avorumque

testimoniis, quibus accedunt Pall. omnes.

2. De spinis velleptium. Hoc solum nos juv. Pal. pr. spinar legendum monuit, quæ ut hactenus spinis locum constitueret sine remedio libitorum bibliothecis inepitulorum, mera est inania. itaque valeant page Lamb.

3. Sequitur differendi ratio: Scal. delevit vocem sequitur, & sequentia sic anachore precedentibus, deliri: sed aliquanti minus ne differendis erit,

etc.

4. Fasunt erga perspicua dicunt.) An quis est, & Pall. omnes, &

que perspicua dicunt.

5. Non est enim perspicue.) Hanc aliter Pall. nisi quod præteritum se fuisse vulgo, ne ratiuntur pro perspicue.

6. Atque non uno alterum ab altero separemus?) Ita nostri sex scripti, prætererit eu deinde particula ut Lambinus: avulse immittere negotio, non significat: ut separemus? Eros malici. Signat rati. sed neuter tam tam non edidit vulgaris lectionis corruptum.

7. Insistunt juv. & inventat.) Pall. ex uno ore, insisteret sunt, inventa sunt?

1. Epis.

quād multa; quamque de rebus variis & causis, cur quidque fiat, & demonstrationes, quemadmodum quaque fiant? quo ex omni copia plurima, & certissima argumenta sumuntur ad cujusque rei naturam explicandam, ergo adhuc, quantum eidem intelligo, causa non videtur, fusile mutandi nominis. NON ENIM, si omnia non sequeratur, idcirco non erat oris illius. Evidēt etiam: Epicureum, in physicis quidem, Deinocritum puto: pauca mutat, & plura sanē. at cūm ē plurimis eadem dicit, tum certe de maximis, quod item cūm vestri faciant, & non satis magnam tribuant invensib[us] gratiam. Sed h[ec] haec tenus. Nunc videamus, quād, se summo bono, quod continet philosophiam, ecquid tandem attulerit, quam obrem ab inventoriis, tanquam à parentibus, dissentieret. Hoc igitur loco, quamquam à te, Cato, diligenter est explicatus finis hic bonorum, qui continet philosophiam, & quis à Stoicis, & quemadmodum diceretur: tam ego quoque exponam, us perspicaciam, si potuerimus, quidnam à Zenone novi sit allatum. Cum enim superiores, è quibus planitatem Polen, SECUNDUM NATURAM VIVERE summo bonum esse dixissent, his verbis tria significari Stoici dicunt: unum ejusmodi, vivere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura evenient. hunc ipsum Zenonis aūt finem esse, declarantem illud, quodā te dictum est, CONVENTENTER NATURAE VIVERE. alterum significare idem, ut si diceretur, officia omnia media, aut pleraque servantes, vivere. hoc si expostum dissimile est superiori, s[ed] illud enim rectum est, quod κατόρθωσε dicebas, contingitque sapienti soli: hoc autem inchoati cuiusdam officii est, non perfecti, quod cadere in nonnullos insipientes potest. tertium autem, omnibus, aut maximis rebus iis, QUAE SECUNDUM NATURAM SINT, frumentum vivere. hoc non est postum in nostra actione, completut enim & ex eogenere vita, quod virtus fructus, & ex iis rebus, quæ secundum naturam sunt, neque sunt in nostra potestate. Sed hoc sumum bonum, & quod tercia significatione intelligitur, ea quæ vita, quæ ex iusto bono degit, quia conjuncta ei virtus est, in sapientem solum cadit: isq[ue] finis bonorum, ut ab ipsis Stoicis scriptum videmus, à Xenocrate, atq[ue] ab Aristotle constitutus est itaq[ue] ab his 7 constitutio illa prima natura, à qua tu quoq[ue] ordiebas, his propè verbis exponitur. OMNIS NATURA VULT ESSERE CONSERVATRIX SUI, at & salva sit, & in genere conservet us suo. ad hanc rem aūt tateis quoq[ue] exquisitas, quæ naturam adjuvent: in quibus ea numeretur in primis, quæ est vivendi ars, ut tueratur quod in natura datum sit, quod desit, acquirat, idemq[ue]: diligenter naturam hominis in animum, & corpus, cumque georūnum unumquodq[ue] per se experendum esse dixissent, virutes quoque utriusque eorum per se experendas esse dicebant: cum animū quadam infinita laude anteponeret corpori, virtutes quoque animi bonis corporis anteponebant: sed cum sapientiam totius hominis auctorē, & proportionem esse vident, quæ elicit natura comes, & adjutrix:

hoc sapientiz munus esse dicebant, ut cuius fueret, quæ constaret ex animo & corpore: in utroque juvaret eum atque contineret, atque ita re primò simpliciter colloqua, reliqui subtilius persequentes, corporis bona facilem quandam rationem habere censebant. de animi bonis accuratis exquirerabāt: in primisque reperiebant, in his inesse justitiae & semper primis ex omnibus philosophis à natura tributam esse docuerunt, ut ille, qui RECREATI, & procreatoribus amarentur, & id, quod temporum ordinis antiqui est, ut CONJUGIA viterum, & uxorum, natura conjuncta esse dicerent: quæ ex stirpe orientur amicis cognationum, atque ab his initis profecti, omnium virtutum & originem, & progressionem persecuti sunt, ex quo magnitudo quoque animi existebat, qui facile posset repugnari, obstante fortuna, quod maxima res esset in postestate spes. varietates autem, injuriasque fortuna faciebat, veterum philosophorum preceptis instituta vita superabat. Principis autem à natura datis, amplitudines quædam bonorum excitabantur, partim profecta à contemplatione rerum occultiorum, quod erat in suis menti cognitioni amor, & ex quo etiam rationis explicandi, disserendi que cogitidas consequebatur: quodque hoc solum animal natum est pudoris ac verecundiae particeps, appetensque conjunctionem hominum, & societatum, animadverterisque in omnibus rebus, quas ageret, audiceret, ne quid ab eo fieret, NI FI HONESTE, ET DECO ME: his initis, ut ante dixi, tamquam feminibus, à natura datis, temperantia, modestia, justitia, & omnis honestas perfectè absoluta est. Habes, inquam, Cato, formam eorum, de quibus loquo, philosphorum, qua expolita, scire cupio, quæ causa sit, cur Zeno ab hac antiqua institutione deliceret: quidnam horum ab eo non sit probatum. quidnam omnem naturam conservatrem suū dixerit? an quod omnes animal ipsam sibi commendatum, ut & salutem in suo genere, incoluisse que vellet? an, cū omnium artium finis esset, quid natura maximè quereret, idem statu debere de totius arte vita? an quod, cū animo constitutus, & corpore, & h[ec] ipsa, & eorum virtutes per se esse sumendas? an verò displicuit ea, quæ tributa est animi virtutibus tanta præstantia? si quis de prudentia, de cognitione rerum, de conjunctione generis humani, quæque ab eisdem de tempore nata, de modestia, de magnitudine animi, de omnib[us] honestatibus dicuntur? fatebuntur Stoici, h[ec] omnia dicta esse præclaræ. 11 neque enim eam causam Zenoni descendit fuisse, alia quedam dicunt, credo; magna antequorum esse peccata, quæ ille versu in vestigandi cupidus, nullmodo ferre poterit. quid enim pervertius quid incolerabilitius, quid itilius, quād bona valitudinem, quād dolorum omnium vacuitatem, quād integratatem oculorum, teliquorum q[uod] sensuum ponere in bona potius, quād dicere, nihil omnino inter eas, isq[ue] contrarias, interesse & eam omnia, quæ illi bona esse ent, praepotita esse, non bona: itemque illa, quæ in corpore excellenter, stulte antiquos dixisse per se esse expedita: & sumendo:

potius.

^{1.} Epistola in physica quidem, Deinde in p[ro]p[ri]o. VIIC[tor] editit D[omi]n[ic]us P[al]l[io]tto, vocem illam non rapio in controversionem, sed alterum habentem prae-text. Ep[istola] curiosus Ep[istola]rum male omnes uti quod est, cuius cur[ia]z. inspice Ciceronis lib. Academ. quæst. c. 2. circa medium.

^{2.} Ut plura sanē at cūm ē plurimis Lamb[us] finxit, ut plurimis facta esse placuisse omnino utrumque contra Pal.

^{3.} Non sicut magnum tribuan sapientibus gratiam: Pal. pr. nam ut fortes, et iuste misericordia sapientibus gratiam dicitur.

^{4.} Lamb[us] sicut dicitur, Inter, vixit Lamb[us] particula, lām sive neque nō dicitur ab ingenio ne efficiat amīsī: esse autem ē libris veritatis confirmat Pal. nōtis. P. Man. patetabat, prædicta est idem ut dicensur, & omnino videntur gloriari.

^{5.} Illud in merito quid κατόρθωσε dicebat, scinting quo sapientia ita malum cum Pal. pr. dicitur, & h[ec] tenet publica, scilicet, quod sicut dicensur, sicut quo dicitur, quæ ex illa et in veteris Palli quoque.

^{6.} Quod dicitur sapientiam intelligit, Hactenus obtinuit, quæ dicitur,

Significatio, sensu inepito alterum illud erit & Pal. pr. ac sexto.

^{7.} Confutatio illa prima: Lamb[us] in exitu nesciit, sed contra Pall. quinque, & quibus secundis ei addi pulabatur: ceteri stabant pro lectione communis Scal. emendatio, prima nostra.

^{8.} Atque queque requiratur: 1. Hand tecus liber Morelli, Scal[er]i. etiam Pal. pr. qui hec certum definit, quæ non esset ut quod d[icit] me deinceps: expectetur, exquisitorum quod sit ceteri membranæ prop. grumbant, vulgari præsumuntur & vita.

^{9.} Ex quo unumquidque: Pauli: Mān. in exitu eorum usum magis ex missar, credo quænam sit & ex nocte & Morelli à Scal. percursum, cetera sunt pro alero, si quatenus secundus, omnino vero non sicut quod dicitur, de quoque admissibili utrumque.

^{10.} Ex questione ista, explicantur diversi quid est: Lamb[us] etiam ex aliis, atque aliis dicitur, quomodo etiam latitudo ex Cypri: puto, membra Scal[er]i sic in illis Pal.

^{11.} Neque ultime canit, &c. Si quidem etiam VIIC[tor] malum tamē erat, omnium neque vixit aut in alijs vixere, aus ullo Palli qui rati-

porius, quām expetenda, eademque de omni vita, quā in una virtute confiteret; illam vitā, que etiam ceteris rebus, quā essent secundum naturam, abundaret, magno exponendam non est. sed magis sumendam; cumq[ue] ipsa virtus efficiat ita beatam vitam, ut beator esse non pos sit, tamen quādam deesse s[ic] pietibus, tum, cum sunt beatissimi: ita que eos id agere, ut à se dolores, morbos, debilitateis repellant. O magnam vim ingenii, causamque justam, cur nova existet disciplina! Perge porro, sequentur enim quae tu scientissime complexus es, omnem insipientiam, & injunctiam, alia virtus similis esse, omniaque peccata esse paria, eosque, qui natura doctrinaque longe ad virtutem procel lissent, nisi eam plenē consecuti essent, sumo esse mil eros, neque inter eorum vitam, & improbissimum, quidquam omnino interesse: ut Plato tantus ille vir, si sapiens non fuerit, nihil melius, quam quis improbissimus, nec beatius vixerit. Hęc videlicet est correctio philosophiz veteris, & emendatio; quæ omnino aditum habere nullum potest in urbem, in forum, in curiam: quis enim ferre posset ita loquenter eum, qui se auctorem vita, graviter, & sapienter agenda, probiceretur, nomina rerum communias: cumq[ue] idem sentire, quod omnes, quibus rebuse ndem vim tribueret, alia nomina imponerent, verba modo mutantem, de opinionibus nihil detrahentem? Patronusne causa, in epilogo pro reo dicens, negaret esse malum exilium, publicationem bonorum? hęc rejectanda esse? non fugienda? nec misericordem judicem esse oportere? in concione autem si loqueretur, si Annibal ad portas venisset, murisque iaculo traciebisset, negaret esse in malis capi venire, interfici, patriam amittere? an, feraeus, i. cum triumphum Africano decerneret; QUOD ejus VIRTUTE, AUT ELLICITATE, posset dicere, & si neque virtus in nullo, nisi in sapiente, nec felicitas, vere dici potest? quæ est igitur ista philosophia, quæ communis more, in foro loquitur, & in libello, suo præfertim cum, quod illi verbis suis significant, in eo nihil novetur, de ipsiis rebus nihil mouetur; exdem res manesnt alio modo. Quid enim intereft, divitias, opes, valitudinem, bona dicas, anne præposita, cum ille, qui ita bona dicit, nihilo plus his tribuat, quām tu, qui cadent illa præposita nominas? Itaque homo in primis ingenuus, & gravis, dignus illa familiaritate Scipionis, & Lælii, Panatii, cum ad Q. Tuberonem De dolore patiente scriberet; quod esse caput debebat, si probari posset, numquam posuit, non esse malum dolorem; sed quid esset, & quale, quantumque in eo inesset alieni, deinde quæ ratio esset preferendi: cuius quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia, condemnata mihi videtur esse immunita iusta verbo. Sed, ut propriis ad ea, Catō, accedam, quæ à te dicta sunt, pressius agamus, eaque, quæ modo dixisti, cum iis conferamus, quæ tuus anteposso. Quæ sunt igitur communia vobis cum antiquis, his sic utamur, quasi concessis: quæ in controversiam veniunt, de his, si placet, differamus. Mihi vero, inquit, placat agi subtilius, & ut ipse dixisti, pressius, quæ enim adhuc prætulisti, populatio sunt: ego autem à te elegantiora deside

